





R5.11

R20570





A very faint, large watermark-like illustration occupies the background of the page. It depicts a classical building, possibly a temple or a government building, featuring four prominent columns supporting an entablature and a triangular pediment. The entire illustration is rendered in a light beige or cream color, blending with the paper's texture.

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

[https://archive.org/details/b21964142\\_0007](https://archive.org/details/b21964142_0007)



# PRAXEOS MEDICÆ UNIVERSÆ PRÆCEPTA

AUCTORE  
JOSEPHO FRANK

AUGUSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIUS ROSSIAE AUTOCRATORI A CONSILIIS  
STATUS, EQUITE ORD. S. ANNAE II. CLASSIS, S. WLODIMIR IV. CLAS-  
SIS, LILIO GALlico DECORATO, THERAPIÆ SPECIALIS ET CLINICES  
IN CAESAREA UNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE, AC SEMINARIÆ ME-  
DICI IMPERATORIS MUNIFICENTIA CONDITI PRAEFECTO, CONSILIÏ ME-  
DICI PETROPOLITANI ET CAESAREAE ACADEMIAE MEDICO-CHIRURGICAE  
SOCIETATUM PHILANTHROPICAE ET PHARMACEUTICAE PETROPOLITANAE,  
NATURAe SCRUTATORUM MOSQUENSIS, CAESAREAE MEDICORUM ET BE-  
NEFICORUM VILNENSIS, ACADEMIAE MEDICORUM VENETAe, SOCIETATIS  
AGRICULTURAe STUDIOSORUM FLORENTINAE, SCIENTIARUM ET ARTIUM  
ARGENTORATENSIS, ACADEMIAE MEDICÆ, SOCIETATUM GALVANICÆ  
ET MEDICÆ PARISIN., R. JENNERIANÆ, MEDICORUM ET NOSOCOMII A  
GUYO LONDINI DENOMINATAE, ORDINIS MEDICO-CHIRURGORUM LUC-  
CFNSIS, SOCIETATIS PHYSICO-MEDICÆ ERLANGENSIS, MEDICÆ MAR-  
SILIANÆ, LITERARIAE CUM UNIVERSITATE STUDIORUM CRACOVIENSI  
CONIUNCTÆ, R. VARSOVIENSIS ETC. ETC. SODALI.

---

PARTIS SECUNDÆ VOL. QUINTUM,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS OCULORUM,  
AURIUM,  
ET CAVITATUM NASALIUM.

---

*EDITIO SECUNDA*

---

T A U R I N I

SUMPTIBUS CAJETANI BALBINI BIBLIOPOLAE  
MDCCCLXII.

---

**EXCUDEBANT CHIRIO ET MINA.**

---

D E  
MORBIS OCULORUM.



---

## CAPUT I.

### DE OPHTHALMOLOGIA GENERATIM.

~~~~~

#### §. I.

##### DOCTRINAE MOMENTUM. ORDO RERUM.

###### *Doctrinae momentum.*

I. **S**icuti oculi structura nihil elegantius, nihilque admirabilius, et magis divinum (1); ita visione ipsa nil utilius, et jucundius. Verum enim vero quanto majori, et accuratiori partium teneriuarum, et delicatissimarum apparatus praeceteris omnibus partibus oculi gaudent, tanto etiam gravioribus, et curatu difficultioribus malis patent, et obnoxii sunt. Amisso inde visu, facultate scilicet **DEI** opera contemplandi, munera civis exercendi (2), propensio-

(1) **FR. HOFFMANN.** *De atheo convincendo ex artificiosissima machinae humanae structura.* Orat. inaug. Hal. 1693.

(2) **C**occus vix testis esse potest: ait Imperator in §. fin. Inst. de gradu cogn.; v. **VOIGT** Diss. jurid. de eo, quod justum est circa oculos. Lips. 1724.

nes animi patefaciendi (3), mutuosque sermones instituendi (4), quid, ipsa non excepta morte, deterius? Mirum hinc non est, morbos oculorum non ut aegritudines aliarum partium summatim in libris, et institutis studio medico-chirurgico dicatis, sed ut *doctrina peculiaris in compendiis*, et scholis ophthalmicis, (*quarum jam nulla amplius destituta esse potest scientiarum Universitas* (\*)) pertractari. Quodsi

(3) «Est speculum mentis facies, oculique revelant  
Quales sunt intus mens, animusque viri.»

Cui ipse codex sacer assentitur: «visu cognoscitur vir.»

(4) D. G. MOLLERI Disp. de oculoloquio. Cfr. Tract. gallic. *Les yeux.* inscript. Cap. V.

(\*) Ut *institutum clinicum ophthalmicum* in caesarea universitate Vilnensi erigatur, jam an. 1817 proposui. Ast declararunt, *aliquid tale non esse primae necessitatis!* Alter interea sensit Caesarea Academia medico-chirurgica Petropolitana, quatenus nuper scholam ophthalmicam omnibus numeris absolutam instituit. Ac re quidem vera, doctrina morborum oculorum una ex illis est, quae aequo pacto ad forum medicinac, et chirurgiae pertinet. Traditur hinc eodem tempore a professoribus tum pathologiae, et therapiac specialis, tum institutionum, et operationum chirurgicarum. Sequitur inde, discipulos unam tandemque doctrinam binis vicibus audire. Quae duplex auditio, si utrique professores cadem tradant principia, superflua; alias (ob id earum confusionem), nociva; utroque in casu insufficiens. Nisi enim praedicti professores ophthalmologiam cum detimento doctrinae aliorum morborum tradere vellent, ophthalmologiac plus quam quindecim praelectiones

praesens de morbis oculorum tractatus hic: locum invenerit, id solum ob rerum nexus, et

dicere neutquam possunt. Status vero hodiernus ophthalmologiae talis est, ut ad minimum per sex mensium curriculum praelectiones quotidianas exposcat. Accedit porro quaestio; quodnam institutum clinicum, si ophthalmicum desideretur, aegros morbis oculorum detentos suscipere debet? *Chirurgicum illud?* Deprecor, nam maximus ophthalmiarum, amuroseos etc. numerus ex morbis universi systematis pullulat, ideoque ad clinicum medicum spectat. Suscipiet igitur *clinicum medicum?* Ast quis hic, si operationis chirurgiae necessitas obveniat, manum experitam admovere poterit? Verum et major datur difficultas. In clinico medico demonstratio exanthematum, impetigine, physiognomiae aegrorum, humorum excretorum etc. maximum lucis gradum exposcit: morbi contra oculorum plus minus obscuritatem postulant. Eadē haec difficultas clinicum chirurgicum respicit, quatenus obscuritas demonstrationi ulcerum, inflammationum, puris etc. obstat. Porro nemo ignorat, quantum morbi oculorum exhalationes gangraenae, ulcerum in clinico chirurgico placitum inevitabiles reformident. Praeterea inter decem egregios licet professores chirurgiac vix unum invenies, qui simul in operationibus ophthalmicis excelleret! Ast, concesso casu raro, unum eundemque professorem in rebus chirurgicis in genere, et in ophthalmicis in specie expertissimum esse, poteritne manus ejus operationibus laboriosis, e. e. amputationibus, adsueta delicatas illas ophthalmicas, c. c. pupillam artificialem perficiendi, perficere? Quae cum ita sint, necessitas scholam theoretico-practicam ophthalmicam a reliquis institutis medico-chirurgicis separatam quavis in universitate instituendi, clara patet. Nullibi vero haec

ad juvenes medicos ad studium ophthalmicum, praecunte ipso jam GALENO (5), impellendos, praeparandosque factum est. Non quidem, ut vel expectemus, vel desideremus, medicos omnes *ocularios* fieri debere (6), sed solum, ut quivis illorum morbos organorum visus exacte definire, exitum eorum praedicere, genus auxiliorum indicatorum statuere (7), ocularium experitum ab ignaro discernere (8), et praec-

aecessitas major est, quam in universitatibus, ubi medico-chirurgi pro servitio militari educantur (constat enim morbos oculorum maxime in exercitibus strages edere); hinc in universitate Vilnensi, aliunde una ex divitissimis orbis terrarum.

- (5) Fr. BOETTIGER Diss. de visionis laesionibus, in specie mydriasi, et myosi. Praes. VATER. Vitemb. 1706.
- (6) Si enim omnes medici operationes ophthalmicas perficiunt, nemo eorum opportunitatem has operationes tam saepe perficiendi, ut ad necessariam dexteritatem aquirendam opus est, inveniret.
- (7) Quot non aegri morbis oculorum laborantes a medicis suis ad ocularios e longinquo, operationis causa, mituntur, qui dein aegri, ultiote insanabiles, ac pro operatione plane non idonei, amissio aliquando ultimo a diuturno itinere obolo, domum desperabundi remittuntur!
- (8) Nemo quidem, nisi in arte operationes ophthalmicas perficiendi ipse expertus, lites, quae inter celebriores ocularios jaetantur, dirimere poterit; at nil facilius pro viro vel in una theoria ophthalmica versato, quam expertum ocularium ab agyrtâ illius nomine usurpante, quales ubiqui locorum vagari solent, distinguere.

ceps visum amittendi periculum sine temporis jactura antevertere (9) intelligat. Persuasi tandem sumus, nil magis medicum, respectu tum pathologico, tum therapeutico, rerum minimarum exactum reddere observatorem, quam studiuni ophthalmologiae.

*Ordo rerum.*

2. Praemissa historia, et literatura ophthalmologiae generali, exponentur morbi I. *palpebrarum*, II. *organorum lacrymalium*, et III. *orbitae*, et *bulbi oculi*. Quem ordinem ob frequentem compilationem horum morborum inter se minime perfectum esse, libenter fatemur; ast meliorem incassum quaesivimus.

§. II.

HISTORIA, ET LITERATURA.

Ex historia, et literatura ophthalmica ab HALLERO (10), JUGLERO (11), SPRENGELIO (12),

(9) E. c. in ophthalmo-blenorrhoea, in iritide, quibus in morbis quodvis horae momentum pretiosum est, ad tempus ocularium e longinquo advocandi deficit.

(10) In bibliothecis suis.

(11) Opusc. bina medica literaria: alterum specimen bibliothecae ophthalmicae; alterum de collyriis veterum. Lips. 1785.

(12) Vers. e. pragm. Gesch. d. Heilk. (sparsim).

et BEERIO (13) plene tradita elucet: jam in *Aegypto* medicos peculiari oculorum curae dicatos extitisse (14), quamvis de iis in libris Mosaicis nec verbulum obveniat (15): inter Graecos CHIRONEM (16), et AESCULAPIUM (17) adeo portentosas perfecisse coecorum sanationes, ut posteritati tabularum aenearum ope traditae fuerint (18): HIPPOCRATEM sicuti totius medicinae, ita et ophthalmojatricae fuisse conditorem (19), non solam semioticam oculi (20),

(13) *Repertor. aller bis zu Ende d. Jahres 1797. erschien. Schriften ub. d. Augenkrankh. Wien. 1799. 3 Th. Gesch. d. Augenkunde ueberhaupt u. d. Augenheilk. ins Besondere. Wien 1813. 1. Heft.* Opus inceptum, cuius pars adhuc incidentia paelectionibus publicis auctoris, quibus mense julio, et augusto an. 1817 interfui, inservierat.

(14) HERODOT. Lib. II. C. 84. p. 169.

(15) BEER *Geschichte* etc. p. 11.

(16) APOLLODOR. Lib. III. C. 13. p. 261.

(17) SPRENGEL l. c. 2. *Aufl. Hall.* 1809. p. 170.

(18) HUNDERTMARK de incrementis artis med. per expositionem aegrotorum in vias publicas, et tempла. Lips. 1749.

(19) BEER *Repertorium.* 1. Th. p. XII.

(20) Legatur de hoc argumento: FUCHSIUS metoposcopia, et ophthalmoscopia. Art. 1675. HILSCHER Pr. de oculis sanitatis, et morborum indiciis. Jen. 1745. JUCH diss. de oculis ut signo. Erf. 1748. BROWN Diss. de praesagiis ex oculis. Edinb. 1750 BUCHNER Diss. de oculo ut signo. Hal. 1752. HAERTEL. (J. P. FRANK) de oculo ut signo. Goett. 1786. NUDDOW *Ueb. d. Zeichendeutung d. menschel. Auges*

sed et illius pathologiam , et therapiam tum medicam , tum chirurgicam excolem: CELSUM (21) , et GALENUM (22) de cataractae operatione jam disserentes illius vestigia legisse: ROMAM praeterea medicis oculariis haud caruisse (23): seculi II aer. Chr. astrologiam sese in ophthalmologiam insinuasse (24): seculo V et VI AETIUM imperium leprae in morbos oculorum patefecisse (25): ALEXANDRUM TRALLIANUM (26) xerophthalmiam , et seculo VII PAULUM AEGINETAM (27) operationem pterygii , et arteriotomiam ut inflammationum oculorum auxilium descriptsisse: *Arabes* , et *Hispanos* , exceptis

*in Krankh. Konigsb.* 1791. MECKER. Diss de signis morborum , quae ex oculorum habitu petuntur. Hal. 1793. BOEHMER Diss. ophthalmoscopia pathologica. Witt. 1794. FRANNOV Diss. des affections sympathiques de l'oeil etc. Paris 1805. LOBENSTEIN - LOBEL Grundr. d. Semiologie d. Auges. Jen. 1817.

(21) Lib. VI. Cfr. FRIEDLAENDER de medicina oculorum apud CELSUM comment. Halae 1817.

(22) De oculis. De compositione medicamentorum secundum locos. L. IV. et V.

(23) E. I. WALCH sigillum medici ocularii. Jen. 1763. Antiquit. med. select Jen 1772.

(24) BEER Praelectiones.

(25) Lib. VI. C. 96. Lib. VII. C. 3.

(26) Lib. II.

(27) Lib. VI.

quodammodo AVICENNA (28), AVENZOAR (29), paucisque aliis, nil respectu ophthalmologiae praestitisse: seculum XII, ob bella sacra, quae imperante S. LUDOVICO, instituto coecorum Parisiensi (*Les quinze-vingt*) ansam dedecrunt, et ob inventum speculorum, auctore ROGER BACO, medicis oculariis memorabile esse: seculum XVI, quamvis studio anatomiae pathologicae propitium, respectu organorum visus nil praestitisse, et solum BARTISCH (30), et MERCURIALEM (31) de morbis oculorum bene disserentes genuisse: seculum XVII gratia mathematicae, ac opticae, auctoribus KEPLER, SCHEINER, CARTHEUSER, NEWTON etc., *physiologiam organi visus nostro aevo magis inagisque exultam* (32) generasse: seculis duobus succendentibus cum peculiari laude excoluisse illius *anatomiam* ZINN (33), BLUMENBACH (34), Mi-

(28) Lib. III. Fen 3. Tract. 4 C. 20.

(29) Theisir. Venet. 1553.

(30) *Opthalmoskopie oder der Augendienst.* Dresden 1583.  
Nurnberg. und. Sulzbach 1688.

(31) Praelect. de morb. oculorum, et aurium. Francf. 1591.

(32) Excellit hoc sub respectu REIL's *Archiv f. Physiol.*

(33) *Descriptio anatomica oculi humani iconibus illustrata.*  
Edit. WRISBERGII. Goett. 1780.

(34) *Dc oculis Leucaethiopum, et iridis motu commentatio.*  
Goett. 1786.

CHAE LIS (35), ROSEN MULLER (36), SOEMMERING (37), RUDOLPHI (38), KIESER (39), GER SON (40), SCHROEDER (41), GMELIN (42), NIEMEYER (43), SACHSE (44), MUCH (45), SCOPENHAUER (46), RIBES (47), BOCH (48). Quod spectat ad pa-

- (35) *Ueber d. Durchkrentzung der Schenerven. Mit einigen Anmerkungen v. SOMMERING.* 1790.
- (36) *Partium internar. oculi humani, imprimis organorum lacrymal. descript. anatom.* Lips. 1794.
- (37) *Abbild. d. menschl. Auges. Frankf.* 1801. Et summi viri egregii filii opus: *Commentatio de oculorum hominis, animaliumque sectione horizontali.* Goett. 1818.
- (38) *Anatomisch-physiol. Abhandl. Berl.* 1803.
- (39) *Commentatio physiol. de anamorphosi oculi.* Goett. 1804.
- (40) *Diss. de forma corneae oculi humani, deque singulari visus phaenomeno.* Goett. 1810.
- (41) *Das menschliche Auge nach. der Darstellung SOEMMERRINGS etc.* Leipz. 1810.
- (42) *Diss. sistens indagationem chemicam pigmenti nigri oculorum etc.* Goett. 1812.
- (43) *De origine paris quinti nervorum cerebri.* Haf. 1812.
- (44) *Hist. natural. Leucaethiopum auctoris ipsius, et sororis illius.* 1812.
- (45) *Diss. de ganglio ophthalmico, et nervis ciliaribus animalium.* Landsh. 1815.
- (46) *Ueb. d. Sehen u. d. Farben, e. Abhandl.* Leipz. 1816.
- (47) *Recherches anatomiques, et physiol. sur quelques parties de l'oeil.* v. *Mém. de la Soc. méd. d'émulation.*  
*T. VII. p. 97.*
- (48) *Beschreib. des funst. Nervenpaars u. sein. Verbindungen mit andern Nerven.* Meissen 1817.

*thologiam prophylaxin , et therapiam excellerunt MAITRE-JEAN (49), WOOLHOUSE (50), S. IVES (51), MAUCHART (52), WINKLER (53), DEMOURS (54), BOERHAAVE (55), TAYLOR (56), GUERIN (57), JANIN (58), BALBINGER (59),*

(49) *Traité des maladies des l'oeil , et des remédes propres pour les guérir. Troy. 1707.*

(50) *Expériences de différentes opérations manuelles , et des guérisons , qu'il a pratiquées aux yeux. Paris. 1712.*

(51) *Nouv. traité des maladies des yeux. Paris 1722. ( opus egregium ! )*

(52) *Lettre crit. sui le traité des maladies des yeux de St. Yves. v Mercure de France. Paris 1723. Réplique à la réponse de Mr. ST. YVES. v. Journ. des savans. 1724. ( Praeterea plurimarum dissertationum mox infra commendandarum auctor ).*

(53) *Anleit , zu all. chir. Wissensch. 1. Th. v. d. Augenkrankh. Berlin 1735.*

(54) *Obs. concernant. l' hist. naturelle et les maladies des yeux. Ansterd. 1741.*

(55) *Praelect. de morb. oculorum. Edit. HALLERI. Goett. 1746. ( Primus, qui mala oculorum non praeterviso illorum nexum cum aliis morbis plene exposuit. Dolendum , virum sumnum partem chirurgicam doctrinae plane omisisse ).*

(56) *Catal. of 243 diseases of the Eyes Edinb. 1749. Et aliorum opusculorum ophthalmicorum auctor.*

(57) *Traité sur les maladies des yeux. Lyon 1769.*

(58) *Méni et obs anat. et phys. sus l'oeil , et sur. les maladies qui affectent cet organe avec un précis des opérations , et des remèdes qu'on doit pratiquer pour les guérir. Paris 1772. ( Opus classicum ).*

WARNER (60), PLENK (61), PELLIER (62), DESMONCEAUX (63), RICHTER (64), aliique compendiorum chirurgicorum auctores. Spectant praecipue hoc Jo. ZACHAR. PLATNER, DE LA FAYE, LE DRAN, HEISTER, CHESELDEN, LOUIS, BERTRANDI, POTT, PETIT, SCHMUCKER, ACRELLI, CHOPART, DESAULT, B. BELL, LANGENBECH (65),

(59) *De oculorum morbis, sive ophthalmicis sanandis.* Goett.

1773. (*de malis oculorum a vitio totius corporis oriundis pulchre hic agitur*).

(60) *A descript. of the human Eye, and its adjacent parts; together with their principal diseases, and the method proposed for relieving them.* Lond. 1773.

(61) *Doctrina de morbis oculorum.* Viennae 1777. (*ut elen- chus morborum oculi, et partium adjacentium utilis liber*).

(62) *Recueil de mém., et d'obs. sur le maladies, qui atta- quent l'oeil, et les parties qui l'environnent, et sur les moyens de les guérir.* Montpell. 1783.

(63) *Traité des maladies des yeux, et des oreilles considé- rées sous le rapport des quatre parties, ou quatre âges de la vie de l'homme, avec des remèdes curatifs et les moyens propres à les préserver des accidens.* Paris 1786. (*Auctor exemplum Ecclesiastici in rebus medicis versati exhibet*).

(64) *Anfangsgr. d. VVundarzneykunst.... Th. 3. Von d. Augenkrankh. et sparsim in chir. Biblioth.* (quorum ope- rum auctor, quoniam partem doctrinae ophthalmicae me- dicam sagaciter chirurgicae junxit, pro fundatore ophthal- mojatriceae nunc florentis haberi potest).

(65) *Neue Bibl. f. d. Chir. u. Ophthalmologie.*

et GRAEFFE (\*). Praeterea de ophthalmologia bene meruerunt KORTUM (66), SOEMMERRING (67), HIMLY (68), SCARPA (69), SAUNDERS (70), DEMOURS (71), BARATTA (\*), et QUADRI (\*\*); quibus viris insignibus debitum grati animi tributum absolvendo, fateamur tamen oportet, verum doctrinae ophthalmicae practicae veluti emporium jamdudum Vindobonae constitutum esse, qua scilicet in Metropoli, e' schola BAR-

(\*) *Journ. d. Chirurgie u. Augenheilk.* 1820.

(66) *Med. chir Handb d. Augenkrankh.* Lemgo 1791.

(67) *Ueb einige wichtige Pflicht. geg. d. Augen.* Frankf. 1794.

(68) v. LODFES *Journ. f. d. Chir* Jen. 1797. *Ophthalm Beob. u. Untersuch.* Bremen 1801 *Bibl. f. Ophthalmologie, Kenn-tniss u. Behandl. d. Sinne überhaupt.* Gott. 1817. 2. B. 1819.

(69) *Trattato delle principali malattie degli occhi.* 5. edit. Pavia 1817.

(70) *A treatise of some practical points relating to the diseases of the Eye.*

(71) *Traité des maladies des yeux, avec des planches colorées, représentant ces maladies d'après nature, suivi de la descript. de l'oeil humain,* trad du latin de J. T. SOEMMERRING Paris. 1818 ( filius supra citati (54)).

(\*) *Osservazioni pratiche sulle principali malattie degli occhi.* Milano 1818.

(\*\*) *Annotazioni pratiche sulle malattie degli occhi.* Napoli 1818.

THII (72), prodierunt ocularii medici elarissimi PROCHASKA (73), MOHRENHEIM (74), ADAM SCHMIDT (75), et JOSEPHUS BEER (76) instituti clinie ophthalmici Viennensis fundator, universae doctrinae ophthalmicae professor haud aequiparandus, columnen firmissimum discipulorum per omnis telluris partes dissipatorum (inter quos WALTHERUM (77), WARDROPIUM (\*), WELLERUM (\*\*), et JAEGEROS (\*\*\*) nominasse

(72) *Typis divulgavit nonnisi monita quaedam ad operationem cataractae perficiendam*, ast a diariorum medicorum auctoribus male tractatus pro magno scientiac detimento in posterum siluit.

(73) *Beob. ub. einige Augenkrankh. v. MOHRENHEIM l. c. 2. B.*

(74) *Beob. verschied. chir. Vorfalle. VVien 1780. Et VVienerische Beytrage. 1781.*

(75) *Ophthalm. Bibl. Braunschw. 1802. (socio HIMLY).*

(76) *Practer opera supra allata; Pflege gesunder u. geschwachter Augen. VVien 1800. Das Aug od. Versuch das edelste Geschenk d. Schopfung v. d. hochst verderbl. Einfluss uns. Zeitalters zu sichern. VVien 1813. Lehre v. d. Augenkrankh. als Leitsaden zu öffentl. Vorles. entworfen. 1. Th. 1813. 2. Th. 1817.*

(77) *Abhandt. aus d Cebiethe d Medicin besond. der Chirurgie u. Augenheilkunde.*

(\*) *Essay on the morbid anatomie of human Eye. Edinb. 1808.*

(\*\*) *Die Krankheiten des menschlichen Auges, ein Handbuch fur angehende Aerzte. Berl. 1819.*

(\*\*\*) *Frater junior, BEERII gener, eo gravissimo chronicus P. II. Vol. V.*

sufficiat), ac vir nobis in aeternum colendus. BEERII compendium magna ex parte praesenti tractatui, mutato rerum ordine, additaque necessaria literatura, pro filo inservierat.

## CAPUT II.

### DE MORBIS PALPEBRARUM.

---

#### §. III.

##### DE ARGUMENTO GENERATIM.

*Notio.*

I. *P*alpebrae simul cum ciliis, et superciliis plurimis malis ab HOPP (78), MULLER (79), KURZWIG (80), SCHAUBERTAG (81) speciatim descriptis, subjiciuntur. Plurima istiusmodi malorum palpebrae cum reliquo systemate cutaneo communia habent (e. c. erysipelas,

detento morbo, cathedram ophthalmologicam interim cum magna laude occupat.

(78) Diss. de palpebris, corumque affectibus. Basil. 1715.

(79) Diss. de palpebrarum affectibus. Hal. 1772. *Uebersetzt in WAZ Auszugen. 5. B. N. 17.*

(80) Diss. de morb. palpebrarum. Jen. 1788.

(81) Diss. de palpebrarum morb. Jen. 1801.

œdema (82), emphysema, variola, morbilli, scarlatina, crusta lactea, herpes (83).); alia illis propria sunt. Spectant hoc *vitia conformatio-*  
*nis, inflammatio, et illius reliquiae.*

*Vitia conformatio-*

2. In monstris *palpebrae concretae* (84), in aliis recens natis solum conglutinatae (85), quandoque imperfecte evolutae (86) detectae sunt. *Supercilia* nunc tenuia, et brevia, nunc longa, et firma, nuncque decidua obveniunt (87).

*Inflammationis definitio.*

3. Inflammatio palpebrarum dicitur *blepharitis*. Est igitur blepharitis affectio palpebrarum aut tarsorum cum tensione, tumore, rubore,

(82) DEMOURS filius I. c. T. I. p. 94.

(83) De herpete palpebrarum lege ALIBERT in *Dict. des sc. med.* T. VIII. p. 17. et 36. DEMOURS op. c. Vol. I. p. 88.

(84) HOFFMANN Zweyte Naehrlicht v. d. Anstalt f. arme Kranke zu Altdorf. 1788. STARKS Archiv. 4. B. p. 700. Cfr. §. LXXXIV. N. 12.

(85) KALTSCHMIDT Diss. de puero 12. annorum aencyloblepharo laborante. Jen. 1764. OEHME Diss. de morbis recens natorum chirurg. Lips. 1773. ACRELL chirurg. Vorfalle. 1. B. p. 84. BADENDIK Diss. de Aencyloblepharo. Jen. 1785. RICHTER op. c. 2. B. Cap. XIII. p. 475.

(86) FRIDERICI monstrum human. rariss. Lips. 1737. VICQ-D'AZIR mém. de la Soc. de méd. 1776. p. 315.

(87) VOICTEL Handbuch d. patholog. Anatomie 2. B. p. 58e.

et dolore, soeiis nunc siccitate, et sensu asperitatis, nunc exsudatione materiae puriformis, quandoque etiam cum pustulis, aut tuberculo.

*Divisio.*

4 *Blepharitidem dividimus in traumaticam, erysipelaceum, catarrhalem, variolosam, impetiginosam, et in hordeolum.*

§. IV.

BLEPHARITIS TRAUMATICA.

*Definitio.*

1. Inflammatio palpebrarum originem violentiis externis debens *blepharitis traumatica* dicitur.

*Symptomata.*

2. Blepharitis traumatica *simplex* symptomata illis laesioneis cutis generatim propria gignit. Secus autem si praeter palpebrarum laesionem et illa orbitae, bulbi oculi, aut nervi, sive frontalis (88), sive maxillaris inferioris locum invenerit.

*Caussae.*

3. *Caussae blepharitidis traumaticae* sunt palpebrarum vulnera (89), contusiones, ictus, et ambustio.

(88) « At vero visus obscuratur in vulneribus incussis in supercilium, et paullo altius. HIPPOCRATES Coac. Praenot.

(89) HIPPOCRATI jam nota, v. de morb. vulgar. L. V. C. 21:

*Diagnosis.*

4. Diagnosis hujus blepharitidis, chirurgiae potius quam medicinae objecti, ex narratione aegri, et per autopsiam instituitur. Morbum simplicem a complicato distinguere interest. Verum saepe nimis laesio palpebrarum partium subjacentium examen impedit. Frequentissimum orbitae malum, blepharitidis traumaticae socium, *ecchymoma* est.

*Prognosis.*

5. Blepharitis a vulneribus haud raro cicatricem difformem palpebrae labio leporino similem, ae *coloboma* dictam relinquit. Orbita, et bulbo oculi in consensum deductis, malorum terminus haud invenitur. Praeterea tumores varii generis palpebrarum, ut *atheroma*, *melliceris*, *steatoma*, praeviis violentiis externis palpebris quondam illatis, originem debere videntur. Spectant illi potius ad deformitates quam ad morbos (90), et quocumque in casu ad chirurgiae imperium.

*Cura.*

6. Cura chirurgiae objectum sistit. Praeter indicationem caussam morbi auferendi, partes lacesitas conjungendi, illa praesto est, iu-

(90) HIPPOCRATES de affectionibus. XXXV.

Gammationem imminnendi, cui regimen anti-phlogisticum, praesertim hirudines, frigus satisfaciunt.

### §. V.

#### ELEPHARITIS ERYSIPELACEA.

##### *Symptomata.*

1. *Blepharitis erysipelacea* plerunque utramque palpebram, et maxime superiorem aggreditur cum tumore splendente, pellucido ex flavo, rubro, pallescente, in cutem partium vicinarum sensim sensimque desinente. Rubor a compressione digitii evanescit, ea cessante, a peripheria redit. Graviore in malo ad margines palpebrarum tumor vesicularis apparet. Dolor est ardens, tensivus, et ab attactu lancinans. Secretio sebi a glandulis *Meibomii*, illaque lacrymarum, et muci nasalis augetur. Raro febris, saltem quoad pulsum, obvenit.

##### *Caussae.*

2. Caussac erysipelatis generales (91) et blepharitidem erysipelaceam producunt. Communiores sunt vitia gastrica, lavatio frigida palpebrarum, et suppressio transpirationis.

(91) P. I. Vol. II. Cap. VI. §. XXVII.

*Diagnosis.*

3. *Blepharitis erysipelacea* in epidermide, et textu celluloso palpebrarum sedem praecipue sigens, nisi a caussa locali orta, plerumque ad affectiones rheumaticas spectat. Plerumque inquam, nam extat blepharitis erysipelacea *arthritica*, quae, cum citissime ad conjunctivam oculi ipsius propagetur, infra recensebitur (92). Sufficiat hic monuisse, in blepharite erysipelacea *arthritica* sub summo, et ardente dolore vesicas veluti a vesicatorio ad marginem palpebrarum evolvi. Levis blepharitidis erysipelaceae gradus affinitatem cum *ecchymomate palpebrarum*, quod in regionibus septentrionalibus plus vice simplici sub itineribus hymali tempore adversus ventum peractis observavimus, agnoscit. Universa palpebra simul cum membrana conjunctiva oculorum nunc livorem, nunc nigredinem instar aethiopum exhibent. Horrendum spectaculum! Detinente erysipelate palpebrarum angulum internum, cutim scilicet sacco lacrymali superimpositam, cavendum, nemorbus (*anchylops erysipelatosus*) pro *inflammatione sacci lacrymalis* (93) habeatur.

(92) §. XCVII. N. 2. 3.

(93) §. LXXXVII. N. 3.

*Prognosis.*

4. Quoties agitur de blepharitide erysipelacea in homine alias sano, levior morbus habetur. Terminatur enim malum spatio pauorum dierum plerumque cum desquamatione. Secus in scrophulosis, aliisque valetudinariis hominibus. Hic enim non solum relinquitur dispositio ad recidivas, sed haud raro oriuntur vitia infra speciatim describenda, *oedema* scilicet *frigidum palpebrarum*, *maderosis*, *trichiasis*, *entropium*, *suppuratio palpebrarum* (in superficie interna *mytesis* dicta) exulcerationibus chronicis ansam porrigens, nec non *fistula lacrymalis spuria* (94). Ex insectorum ictibus orta blepharitide erysipelacea, nisi aculeus sine mora extrahatur, facile gangraena praesto est. Utrum hue revocandus sit *antrax palpebrarum* (*charbon des paupières*) (95), non audemus determinare.

*Cura.*

5. Applicatio aquae frigidae super palpebras et adversus blepharitidem erysipelacea in primo morbi limine commendatur (96); at tali

(94) §. LXXXVII. N. 3.

(95) AETIUS Tetrab. II. serm. 3. C. 3o. ARANTIUS de tumorigibus C. II. VOIGTEL I. c. p. 61. Cfr. P. I. Vol. II. C. VIII. N. 2.

(96) BEER I. c. 1. Th. §. 303.

consilio ob timorem retropulsionis erysipelatis, et illius evolutionis aliis in partibus non subscribimus; nunquam enim oculi cum detimento aliarum partium essentialium curandi (97). Quamobrem, si blepharitis erysipelacea cum febre notas inflammationis patefaciente in aegro robusto, juvēne occurrat, potius *venam braehii tundimus*. Alias ad *hirudines* retro aures (vel peracta venaesectione non negligendas) pervenimus. Retro aures inquam, nam ad tempora, et latera nasi vix sine propagatione erysipelatis, vel conversione illius in oedema, et ecchymonia applicari queunt. Interne primum *nitratēm potassae*, et lenia *alvium evacuantia* cum reliquo regimine antiphlogistico, et versus finem vergente morbo, *diapnoica*, et *vesicatorium* ad nucham praescribimus. Partem affectam linteo sicco subtili in fronte ope fasciae circularis firmato tuemur, quod auxilium ad levissimum morbi gradum profligandum per se sufficit.

(97) Quodsi usui peculiares medicos pro certis partibus corporis humani habendi quid objicere vellem, hoc in eo locatum foret, quod se omnia fecisse existimant, dum malum e parte, ad quam curandam advocantur, fugant, quid inde eveniat non curando, ac superstitia mala primo interdum graviora, caeteris medicis relinquendo.

## §. VI.

## BLEPHARITIS CATARRHALIS.

*Symptomata.*

1. *Blepharitis catarrhalis* (98), a multis inepte *psorophthalmia* dicta cum pruritu, et tumore rubro, duriusculo, dolenteque secundum curriculum tarsorum, vel et ad alterutrum angulum oculi obvio, oritur. Ad superficiem externam palpebrarum tumor vix ultra tarsos extenditur, secus autem in superficie interna, ubi haud raro per totam palpebrae conjunctivam propagatur. Impeditur inde, et dolct motus palpebrarum, quamobrem aegroti oculis clausis decumbunt, et infantes ne quidem exploracionem partis affectiac concedere solent. Delectur secretio glandularum MEIBOMII, contra viget illa lacrymarum, quae sebo destitutae, acres redditae cum genarum erosione depluunt (*epiphora*). Silet vero dein et lacrymarum secretio in vehementi morbo, unde oculus siccus evadit cum sensu arcuae illum inter, et palpebras hacrentis (*xerophthalmia*, *ophthalmia sicca*). Dūn inflamatio angulos internos oculorum detinet, corrugantur papillae lacrymales, et puncta lacrymalia veluti occlusa appa-

(98) Glandulosa BEERI I. c. §. 305. p. 284.

rent. Declinante morbo, pruritus, dolor, et sic-  
citas oculi imminuntur, restituta secretione  
sebi Meibomiani non sicc Materiac purulentae  
vesigiis. Floeci inde emergentes super corneam  
volutant, et, donec removeantur, visum impe-  
diunt. Sub somno nocturno palpebrae ita invi-  
cem a sebo puriformi per aëris contactum cry-  
stallorum sub adspectu indurato (99) congluti-  
nantur, ut, nonnisi adhibito multo labore, se-  
quenti mane a se invicem separari possint. Et  
cilia inter se conglutinantur (100). Eroduntur  
praeterea tarsi, ac a contactu cum aëre libero  
dolent. Secretio morbosa sebi Meibomiani tan-  
dem chronica redditur. Quandoque palpebrae  
a pustulis parvis obsidentur. In primo morbi  
limine haud raro symptomata febrilia praestō  
sunt. Praeedunt, vel concomitantur etiam mor-  
bum, de quo agitur, praeeipue in debilioribus,  
et senibus diarrhoea, et retentio, quin immo-  
inecontinentia (1) urinae.

#### *Caussae.*

2. Blepharitidi catarrhali ansam porrigunt  
ignota annua constitutio, praesertim catarrhalis,  
aer inquinatus, potissimum stabulorum, et aqua  
impura pro lotione oculorum adhibita.

(99) GALL. *chassie.*

(100) DEMOURS op. c. Tab. XVI. fig. I,

(1) BEER l. c. p. 310.

*Diagnosis.*

3. *Blepharitis catarrhalis* sedem in membrana mucosa tarsum, et internam palpebrarum superficiem obducente, ac in glandulis sebaceis ibi sitis, earumque ductibus excretoriis habet. Nexus inde cum affectionibus catarrhalibus membranae mucosae intestinorum, et vesicae urinariae facile intelligitur. Vehementissimus blepharitidis catarrhalis gradus, morbi fere inflammatorii speciem exhibens, copiosa lymphae coagulabilis secretionem stipatus, plerumque simul ipsam oculorum superficiem corripit, atqnc ob id in paragrapho de ophthalmite externa sub nomine *ophthalmoblenorrhoeae* describetur. Et de *blepharite scrophulosa*, ac *venerea* infra (2) quaestio erit.

*Prognosis.*

4. Minor *blepharitidis catarrhalis* gradus, in hominibus aliunde sanis, et vegetis vel sine artis auxiliis, sub debito regimine evanescit. In graviori malo, pracsertim si aeger fuerit scrophulosus, arthriticus, venercus, verbo valitudinarius, aut recens natus, vel senex, in primis continuante imperio noxarum morbum gigantum, plus timendum. Timendum enim, morbum posse vel in *ophthalmoblenorrhoeam*

(2) §§. C. CL.

transire, vel chronicam induere indolem. Hic facile sequitur deformitas *tarsorum* (*tylosis*) ac inevitabilis illius effectus, *entropium*. Verum et sine entropio cilia a crustis inter ea relictis inquinari, et intus adversus bulbum oculi converti queunt (*trichiasis*). Possunt quoque palpebrae invicem concrescere, salem ad angulum oculi externum (*ancyloblepharon partiale*), vel commissura earum auferri (*entropium*), quod in omni quidem aetate, sed praecipue in senili contingere solet (*ectropium senile*). Palpebrae limbi extus conversi, maxime in scrophulosis *sarcomatosam* indolem induunt (3). Aliquando ex inflammatione palpebrae superioris *sirus capillaris ad glandulam lacrymalem* ducens relinquitur.

### Cura.

5. Regimen, quod levissimae blepharitidi catarrhali opponitur, in fuga lucis, ventorum, aëris frigidi, impuri, humidi, liquorumque fermentatorum consistit. Frigida palpebris admovere inconsultum credimus; temporale enim levamen augmentum post se trahit mali. Vigente inflammatione, sub rerum positionibus supra allatis (\*), et praecipue si malum conjunctivae

(3) Cfr. §. LXXXIV. N. 13.

(\*) §. LXXIX N. 5.

oculi communicari videatur, *venam brachii tundimus*, non neglecta applicatione etiam reiterata *hirudinum* retro aures. Reliqua therapia uti in febribus catarrhalibus (4). Fracto plane inflammatory impetu, *vesicatorium* ad nucham, vel si aeger admodum sensilis sit, inter scapulas. Si malum chronicum minaretur characterem, praesertim cum molesto pruritu, *collyrium mucilaginosum cum opio* (5) pro lotione quater, et ultra de die tepide ope spongiae tenerimae instituenda, adhibendum. Ne pars madida relinquatur, illicò linteolo sicco abstergi leniter debet. Sunt qui siimul ad *collyrium cum muriate superoxygenato mercurii* configiant, quod solum in aegris parum sensibilibus, ac morbo admodum proiecto, vel si suspicio de complicatione syphilitica adsit, fas est. Dosis vix ultra dimidium granum pro collyrio indicato. Praesente excoriatione *collyrium lapidem divinum* (6), et *acetatem plumbi* con-

(4) P. I. Vol. I C. VI. §. LXVI.

(5) R. Aquae rosarum uncias quatuor: mucilaginis seminum cydoniorum drachmam unam: landani liquor: SYDENHAMI scrupulum unum. M. D. S. externe.

(6) *Lapis divinus* docente ST. YVES sic praeparatur. R. Vitrioli cyprini, nitri puri, aluminis crudi à uneis tres. Pulverisata liquefiant in vase vitro in balneo arenac. Liquefactis adde camphorae tritae drachmam unam et semis.

tinens ut supra adhibendum. In rebelli malo partes exoriatae cum *laudano liquido SYDENHAMI* penicilli ope bis de die illiniendae. Si de debellanda agatur seeretione morbosa sebi Meibomiani, *unguentum ophthalmicum rubrum* primum *mite* (7), postea *forte* (8), et, si hoc non sufficeret, illud *JANINI* (9) inter margines palpebrarum cum penicillo levi manu, semel, quandoque bis illiniendum, dato aegro consilio, ut inde oculis clausis per quartam horae partem lecto incumbat, et afflatum aëris frigidi evitet. Praesente eompliatione serophu-

Mixta, et refrigerata massa servetur sub nomine *lapidis divini*. Duce BEER, vitrioli cyprini loco, *aeruginem purissimam* adhibeo. *Solutio lapidis divini* sic praescribitur. R. Lapidis divini grana quatuor, solve in aquae destillatae simplicis uncia semis. Filtretur. Adde aquae rosarum uncias quatuor: laudani liquidus SyDENHAMI scrupulum unum (ad duos). D. Scopo potentius adstringendi, et cxsiccandi, huic solutioni guttae quindecim vel viginti *extracti saturni* adjiciuntur.

- (7) R. Butyri recentis insulsi unciam dimidiam: mercurii præcipitati rubri grana octo. M. exactissime.
- (8) R. Butyri recentis insulsi semiunciam: mercurii præcipitati rubri gr. decem: tutiae præparatae gr. sex. M. exacte.
- (9) R. Butyri recentis insulsi unciam semis: mercurii præcipitati albi grana quindecim: boli albi scrupulum unum. M. exactissime.

Iosa vel arthritica methodus infra tradenda (10) adhibetur.

## §. VII.

### BLEPHARITIS VARIOLOSA.

#### *Symptomata.*

1. *Blepharitis variolosa* simul cum eruptione variolarum, tumore forti palpebrarum, praesertim versus earum margines obvio, ac eadem ratione uti variolae crescente, orditur. Conglutinatis inter se palpebris aeger plerumque per novem dies, ad exsiccationis scilicet epocham visu plus minusve orbatur.

#### *Causa.*

2. Contagium variolosum praesertim palpebris infensem evadit in infantibus debilioribus cuti tenera instructis.

#### *Diagnosis.*

3. *Blepharitis variolosa simplex* probe a latente simul, atque ex illa originem dueente inflammatione superficie internae oculorum, morbo vehementissimo (*ophthalmoblenorrhoea variolosa*), distinguenda. Distinctionem istam, etiamsi clausis palpebris, locum habere posse, vir ex-

pertissimus (11), docet. Docet nempe, nos de illaesis adhuc oculis ipsis certitudinem habere, si epiphora sine lucis intolerantia praesto sit.

*Prognosis.*

4. Circumscripta inflammatione ad solas palpebras, destructio bulborum ciliorum, et inde *trichiasis* partialis, ant rubor ad marginem palpebrarum, sub temperaturae mutationibus ob vius, ipsae denique illarum marginum exulterationes (12) expectari debent. E contrario, propagata blepharitide variolosa ad conjunctivam corneae, et organa lacrymalia periclitantur.

*Cura.*

5. Praeter curam generalem variolarum (13), blepharitis variolosa primum *moderumen lucis*, dein, docente saltem BEERIO, *calorem siccum* ope linteorum palpebris superimpositorum exposcit. Si variolae segniter adimplerentur, linteum ista *camphora* conspergi queunt. Repletae pustulae cum acu operationi cataractae dicata ita aperiuntur, ut pus effluere possit, quin cu-

(11) BEER I. c. p. 520.

(12) DEMOURS L c. p. 114. *Chap. V. Des ulcères de la marge des paupières*: « sans l'immortelle découverte de JEMNER ce chapitre auroit été fort long. Le Journal de mon père est rempli de détails à ce sujet ».

(13) P. I. Vol. II. C. XIV. §. LXX.

tis rescindatur. Conglutinatae a pure, aut a crustis palpebrae *collyrio mucilaginoso opato* (14) humectandae, ac dein levi manu separandae, et illico exsiccandae. Remotis a se invicem palpebris luci, et aëri aditus sensim sensimque concedendus.

### §. VIII.

#### BLEPHARITIS IMPETIGINOSA.

##### *Symptomata.*

1. *Blepharitis impetiginosa* (15) orditur a pruritu palpebrarum, quo vigente, tumor profunde ruber undique pustulas parvulas exhibens in conspectum venit. Pustulis istis sensim sensimque disruptis, ulceræ ichorosa, praeter pruritum, dolorem ardenter excitantia, crustis tandem cooperienda, subtus depascentia nascuntur. Palpebrae inde formam siccus indicac recentis discissæ acquirunt (*palpebra ficosa*, *sycosis*, *dasyma*, *trachoma*), bulbi ciliorum partim destruuntur (*madarosis*), partim intus convertuntur (*trichiasis*); quod tractu temporis, erosio tarsis (post somnum conglutinatis, sanguinemque fundentibus), et respectu lim-

(14) Vid. §. præcedent. (5).

(15) *Blepharophthalmia psorica* BEERII l. c. p. 565.

borum palpebrarum contingit (*entropium*). Postremo et conjunctiva oculi adspeetum pustulosum praeserferens afficitur.

### *Caussae.*

2. *Caussa blepharitidis impetiginosae bifaria*; nunc enim suppressa quadam in parte impetigine, (e. c. psora, sydriaca, tinea, herpete etc.) malum vicis illarum agens ad palpebras evolvitur; nunc palpebrae, quatenus organon ad systema dermoidum spectans, primario afficiuntur. Utroque in casu dispositio quaedam morbosa palpebrarum saepe in vitio serophuloso locata requiri videtur. Nec *morpiones* inter cilia nidulantes (16) hie silentio praetereundi sunt.

### *Diagnosis.*

3. *Blepharitis impetiginosa* ex tali eaussa vivente, vel forte etiam ex *acaro exulcerante* producta revera *psorica* dici potest. Non ita blepharitis, cui morbi cutanei alterius generis ansam porrexisunt, quamobrem vocabulum blepharitidis *impetiginosae* illi *psoricae* substituimus.

### *Prognosis.*

4. Generatis a blepharite impetiginosa, ma-

(16) P. I. Vol. II. C. XXX. §. CXVII. N. 4.

darosi, trichiasi, et maxime entropio, vix quidpiam ab arte expectare licet. Praeterea, morbo illo incongrue per remedia loealia pingua, aut saturnina curato, vel cataracta viridis, vel glaucoma, vel amaurosis expectari debent.

*Cura.*

5. Qualisunque origo blepharitidis impetiginosae fuerit, primum est, ut puritati partium affectarium studeatur. Lotioni palpebrarum optimè inservit lene, idque tepidum *decoctum Herbae scordii*. Morbo ex insectis oriente, hand neglectis cautelis alibi traditis (17), ad *unguentum sulphuris*, vel *mercurii* limbis palpebrarum semel, bisve de die penieilli ope illinendis deveniendum. Licet quoque decocto scordii *solutionem* sive *hepatis sulphuris*, sive *muriatis hydrargyri oxygeuati* superaddere. Quodsi morbus ex impetiginibus aliis in locis praepostere sanatis pullularet, illae itcrum secundum regulas praescriptas (18), praesertim ope illitionis *unguenti tartari emeticci*, vel illius *solutionis fortioris*, vel ope applicationis *emplastri antimoniaialis* (19) super partem quon-

(17) P. I. Vol. II. C. XXX. §. CXVI. N. 3.

(18) P. I. Vol. II. C. I. § VI N. 35.

(19) R. Emplastri diachylon unciam semis: pulveris tartari emeticci drachmam unam. Malaxentur invicem c. s. q. laudani liquidi SYDENHAMI. D. S. usui externo.

dam affectam revocandae. Si hoc ob nobilitatem partis fieri non posset, saltem *ulceribus artificialibus* succurrendum foret. Locus illis praesertim pone aures conceditur, at non omnino prudenter; ex diu enim protracta irritatione prope organon auditus, morbis illius plurimis via sternitur. Eligimus hinc plerunque brachia. Quoad *pharmaca interna*, pro varia impetiginis palpebris infensae indole, ducibus regulis jam stabilitis (20), varia adhibemus. Cum ut plurimum scrophulosi quid lateat, frequenter vel ad *aethiopem antimoniale* (21), vel ad *muriatem calcis* (22), quibus decoctum sive *herbae violae tricoloris*, sive *radicis smilacis chinæ*, sive *stipitum solani dulcamarae* superbibitur, confugimus. Si nul victus ratio habenda, et in primis eavendum, ne aeger carne suilla vescatur. Cibi leniter acidi, saltem in Lithuania, non nocent. Qua sub methodo, si ulceræ palpebram occupantia exsiccentur, et crustæ, relicta subtus cute rubra, valdeque sensili, decidant, loca affecta penicillo, cui un-

(20) L. c. §. VI.

(21) A parvis dosibus diu repetitis plus expectandum, quam a majoribus unica vice exhibitis.

(22) R. Muriatis calcis drachmam unam. Solve in aquae destillatae uncia una. M. D. S. Ter de die (infanti 4. annorum) a guttis X. ad XXX.

*guentum* ad palpebras in integrum restituerendas aptissimum (23) ad magnitudinem pisi adhaeret, levi manu tangenda. Quodsi nihilominus cutis madida remaneret, novaeque crustae generarentur, *unguentum* prius HUFELANDII (24), dein, si opus fuerit, illud JANINI inungendum. Tempore, quo crustae decidunt, cavendum, ne aegri, praesertim infantes, illas palpebris infricent, ac ophthalmitidis traumaticae speciei ansam porrigan.

## §. IX.

### HORDEOLUM.

#### *Symptomata.*

I. Praevio sensu molesto tensionis palpebrae alterutrae, vel ambarum, et pruritu plus minusve molesto tarsorum, *furunculus* oritur *inflammatiorius* (*hordeolum* (26)) motum partis affectae, palpebrarumque debitam appropinquationem impediens. Furunculus ille figurae grani

(23) R. Butyri recentis insulsi unciam semis: vitrioli cyprini grana decein: camphorae grana quatuor: tutiae preparatae grana sex. M. ut fiat *unguentum*.

(24) Ex partibus {similibus butyri insulsi, cerae flavae, et praccipitati rubri.

(25) §. LXXX. N. 5. (9.).

(26) Gall. *Orgeolet. DEMOURS* op. c. Tab XVII. fig. r.

hordei , durus , obscure ruber , et admodum sensilis evadit, comitante dolore lacinante, praesertim sub motu palpebrarum. Occurrit praeterea secretio aucta sebi Meibomiani limbos palpebrarum conglutinantis. Aucto magis magisque tumore , quandoque versus laminam internam palpebrae urgente (27), et figuram conicam assumente, signa suppurationis evidentia fiunt. Abscessulus ad maturitatem perductus extus rumpitur, quo facto tumor in integrum evanescit , aut saltem , relicta duritie circumcirca per diutius protractam suppurationem orta , debita cicatrice tollitur. Quandoque , praesertim in scrophulosis , phaenomena inflammatoria sub medio hordeoli curriculo suspenduntur , relicta duritie (*chalazion* ).

#### *Caussae.*

2. Hordeolum haud raro sine ulla evidenti caussa in hominibus sanissimis , praesertim laute viventibus, et potu liquorum fermentatorum deditis oritur. Longe saepius vero hordeolum ex diathesi scrophulosa pullulat.

#### *Diagnosis.*

3. *Hordeolum simplex*, sive *idiopathicum*

(27) « Quelques fois cette petite tumeur inflammatoire (l' orgeolet ) au lieu de paraître toute à l' extérieur , souleve un peu le bord de la paupière à sa face interne , et alors elle est accompagnée de plus d' irritation ». DEMOURS I. e,

a *scrophuloso* praesertim ob id distinguitur, quod illud ad suppurationem, hoc autem ad indurationem primum est. Hordeolum aliquando cum aliis morbis oculorum, maxime cum *ophthalmiis periodicis* (28), complicatur, quo in casu, nisi criticum sit, illorum vim novum irritamentum inferendo adauget. Sunt qui ab hordeolo tumores magnitudinis seminis milii, quibus sebum sub epidermide marginis palpebrarum collectum originem dat, distinguant (29). Aliud adhuc tumoris genus, sub nomine *hydatidis marginis palpebrarum* admittitur. Consistit hydatis hujuscemodi in gutta lymphae transparentis epidermidem elevante (30).

### *Prognosis.*

4. Hordeolum idiopathicum rite curatum non solum in primo morbi limine saepe resolvi potest, sed etiam dum in suppurationem transit, malum fugax, nullasque reliquias agnoscens sistit. E contrario si negligatur, aut e vitio scrophuloso pullulet, *chalazion*, ut monuimus, inevitabile, vel saltem hordeolum *habituale* fit. Nec desunt exempla hordeoli in *gangraenam*,

(28) DEMOURS l. c. p. 118.

(29) DEMOURS l. c. p. 119. sub nomine *grain de grêle*, v.  
Tab. XVI. fig. 2.

(30) DEMOURS l. c. Tab. XVI. fig. 3.

vel in *anthracem* desinentis. Quandoque tarsi corrugantur, aut aliae deformitates oriuntur.

*Cura.*

5. Hordeolo vix comparente, potest quidem resolutio ope linteorum aqua frigida imbutorum saepe obtineri, at malimus, ut tuberculum in suppurationem transeat (31); qua de caussa ea potius promovenda, cui scopo cataplasma ex pane albo, lacte, et croco vel ex pomo assato (32) inserviunt (33). Quibus in remediis, etiam disrupto abscessu, eousque continuandum est, quousque omnis evanuerit dnrities. Ad istam in casu rebelli debellandam quandoque ad cataplasma ex *herba conii maculati*, et *saponariae*, ac *camphora*, vel ex *caepis assatis*

(31) Nullum saltem inde malum expecto, c contrario ex impedito suppurationis processu multa incommoda emergere solent. Non poenitebit de hoc argumento legisse ZACH. PLATNER. de noxis ex cohibita suppuratione in nonnullis morbis oculorum. Panegyr. in med. Lips. indic. an. 1742.

(32) « Il faut enfermer la pulpe de pomme dans un linge et au moment de l'appliquer, enlever avec une paire de ciseaux un très-petit morceau de l'enveloppe, pour que la pulpe se porte à nu sur la tumeur ». DEMOURS l. c. p. 117.

(33) Homiues plethorici haemorrhoidibus obnoxii aliquando haec cataplasma non ferunt, quin major, isque molestus humorum ad oculum affluxus oriatur: juvat tunc hirundines retro aures apponere, alvum ope electuarii lenitivi aper tam tenere, ac ad balnea pedum tepida confugere.

confugiendum. Quodsi , resoluta duritie , cicatrix non illico subsequeretur , locus affectus *emplastro diachylon composito* cooperiendus. Hordeolo in gangraenam commutato , methodus consueta sphacelo medendi in usum deducitur. Tumores sebacei , et hydatis apice lanceolae aperiuntur : quo facto evanescunt , quod tractu temporis , et sine artis auxilio contingit.

### §. X.

#### DE RELIQUIS BLEPHARITIDIS.

##### *Generatim.*

1. Ad reliquias blepharitidis spectant *palpebrarum oedema , emphysema , pruritus , lapsus , madarosis , tylosis , entropium , trichiasis , distichiasis , ancyloplepharon , symblepharon , ectropium sarcomatosum , sarcoma palpebrarum , chalazion , scirrhus , et cancer.*

##### *Oedema palpebrarum.*

2. *Leucoplegmatia , sive oedema palpebrarum* sese tumore pallido , molli , impressionem diti prementis retinente , indolente palpebrae praesertim superioris exhibit. Oritur plerumque post blepharitidem erysipelaceam , vel post scarlatinam , praecipue si oculi aqua frigida lavati fuerint. Haud raro atonia pro caussa

habenda. In genere malum sistit vix difficulter profligandum. Cura in applicatione saccularorum herbis aromaticis cum camphora repletorum, vel linteorum fumo sacchari, masticis, thuris imbutorum consistit. Abstinendum ab irritantibus, immo quandoque potius ad antiphlogistica configiendum (34).

*Emphysema palpebrarum.*

3. Sicuti oedema, ita et *emphysema palpebrarum* curandam foret, quo de morbo observationes apud WEPFER (35), et LODER (36) inveniuntur.

*Pruritus palpebrarum.*

4. Molestem malum pruritus sistit palpebrarum, cuius mentionem injecit FORESTUS (37). Quamvis vitium, de quo agitur plerumque ad prodroma blepharitidis impetiginosae pertineat, observavimus tamen illud etiam ut comitem catameniorum.

(34) V. *Abh. f. pr. Aerzte XIV. B.* p. 322.

(35) Obs. p. 84.

(36) *Journ. f. d. Chirurgie I. B.* p. 356. (Post laesionem ab emunctione narium).

(37) L. XI. obs. 42. Cfr. GMELIN (*Reisen. II. B.* p. 169. de *pruritu super iliorum*, utpote morbi Crimeae, lepra speciei, symptomate, differens.

*Atonia palpebrarum.*

5. *Atonia*, sive *laxitas palpebrarum* (*ἀτονία τῶν βλεφαρῶν*) plerumque ad palpebram superiorem circumscripta est. Aeger tunc, irrito omni nisu, illam elevare nequit, unde cornea maxima e parte cooperta manet (38). Dum atonia simul palpebram superiorem, et inferiorem detinet, fissura palpebrarum nunquam rite claudi potest, ac limbi palpebrarum continuo extus vergunt. Quod phaenomenon atoniae musculi orbicularis palpebrarum tribuendum. Atonia palpebrae superioris a laxitate, sive *paralysi* musculi illius levatoris repetenda. Quibus malis ansam porrigunt neglectus abscessus palpebrae superioris, abusus cataplasmatum, inflammatio scrophulosa, praecipue a blepharospasmo diurno comitata, vulnera musculi levatoris palpebrae (39), hujus musculi pressio diurna (40), affectiones praesertim rheumaticae, rami primi paris quinti, lacrymalis dicti, apostema in sinu frontali (41), atque haec singula eo magis quo annosior aeger; senectute enim excepta, atonia palpebrarum plerumque sponte evanescit,

(38) DEMOURS op. c. Tab. XVII. fig. 3.

(39) RICHTER comment. Goett. III. Vol. p. 35. SIEBOLD *Lucina*, 1. B. 1. St. p. 81.(40) P. 81 JOERDENS in ARKEMANN'S *Magazin*. 2 B. p. 144.(41) CELLIER in *Journ. de méd. continué*. Vol. XI p. 516.

et haud difficiliter ab arte tollitur. Tollitur vero victu nutritore, usu moderato vini, atmosphaera sicca, temperatura potius calida, frictione repetita vel palpebrae affectae ope panni lanei, vel regionis superciliaris cum aethere sulphurico, balsamo vitae HOFFMANNI externo, vel etiam electricitate galvanica prudenter adhibita.

*Lapsus palpebrae superioris.*

6. *Lapsus palpebrae superioris (blepharoptosis, ptosis)*, de quo OETTINGER (42) et A. G. RICHTER (43) consulendi sunt, consistit in plica membranae externae palpebrae superioris, quae super fissuram palpebrarum, dum clauduntur nunc in toto earum ambitu, nunc solium ad angulum externum oculi pendet, et haud raro introversioni palpebrarum, aut saltum tarsorum, aut ciliorum ansam porrigit. Musculus elevator palpebrae superioris ad cutim tanta plica instructam sublevandam impar evadit. Arrepta autem, atque suspensa digitis medici plica illa cintanea, musculus indicatus mox officium suum absolvit. Oculus tunc utpote luci nequaquam adsuetus aegre inde afficitur. Cansae lapsus palpebrae superioris illis atoniae pal-

(42) Op. c.

(43) L. q.

pebrarum respondent. Praecipue hoc spectat prægressa ophthalmitis traumatica. Lapsus palpebrae superioris per excisionem plicae illius cutaneæ secundum regulas artis (44) peractam in aegro caeterum vegeto, sine difficultate sanatur. In hominibus labi quadam imbutis operatio ista facile inflammationem per suppurationem cum jactura substantiae terminaturam post se trahit, unde vitium lapsui palpebrae oppositum, *lagophthalmus* (45) generatur.

#### *Madarosis.*

7. *Madarosin* (*ptilosis*, *psilosis*, *alopecia*), sive *desfluvium ciliorum*, reliquias blepharitidis, in primis variolosae, et impetiginosae sistere, monuimus. Blepharitis variolosa madarosi, bulbos ciliorum destruendo, ansam porrigit. Blepharitis catarrhalis, et scrophulosa solum lapsum ciliorum promovent, quod eo facilis accidit, quo magis cilia inter se conglutinata fuerunt, et quo rufius in opere cilia a crustis liberandi ac ger progredebatur. Madarosis, praeter deformitatem, oculo præsertim prominenti debitam quoque custodiā aufert. Quae ex jactura bulborum ciliorum oritur madarosis, haec, nisi

(44) BEER op. c. 2. B. p. 114. §. 100.

(45) *Oculus leporinus* malum, quidquid dicat RICHTER, adhuc artis conamina eludens. V. BEER l. c. p. 241.

forte *insitio ciliarum* votis respondeat, insanabilis est. Altera ex simplici ciliarum lapsu, dummodo absque *tylosi*, ab ipsa natura tolletur; nec ars hoc in opere quid adjuvare valet.

*Tylosis.*

8. *Tylosis*, sive *tarsorum difformitas* blepharitidis catarrhalis, et hordeoli, in serophulosis praesertim, si morbus neglectus, aut cum saturno tractatus fuerit, effectum sistit. Exhibit ea nunc nodulos duros, segregatos super tarsos (cum *chalazio* non confundendos), nunc tumorem tarsorum ipsorum. Quod ultimum vitium priori (vigente diathesi scrophulosa insanabili) longe facilius tollitur; et quidem usu *unguenti ophthalmici rubri*, primum *mitis*, dein *fortioris*, tandem *unguento citrino* (46), quae unguenta non solum tarsis ope penicilli applicanda, sed illis probe semel, bisve de die illinienda sunt. Noduli duri tarsis insidentes prius fotu ex herbis *conii maculati*, *saponariae* cum *camphora* emolliendi, donec rubeant. Ceterum cave ab irritantibus, si malum jam inveteratum sit, siue de vitio carcinomatico suspicio locum habeat. Cave in genere a stypticis, et ab ipso unguento JANINI.

(46) R. Mercurii vivi depurati drachmam unam: spiritus nitri fumantis drachmas duas. Digerantur invicem in balneo arenae ad disparitionem mercurii, dein solutio calida miscatur cum butyri recentis insulsi unciis tribus.

*Entropium.*

9. *Entropium* (47), seu *introversio palpebrarum* aut saltem *tarsorum* in utraqne palpebra, maxime tamen in inferiore (48) nasci solet. Ciliis tunc intus conversis aeger de corpore peregrino in oculis haerente conqueritur; lacrymae super genas copiose depluunt, ac elevata palpebra, cilia madida, bulbo oculi adhaerentia conspicinntur. Obveniunt porro intolerantia lucis, rubor albugineae cum periculo panni, obfuscatio corneae conspectum pupillae impediens. In hominibus caeterum sanis entropium methodo adversus lapsum palpebrae superioris commendata (49); aut alia mox infra contrachiasin commendanda haud difficulter tollitur. Vix *recisio tarsi* (50) congrua videtur. Potius *excisio bulborum ciliorum* suscipienda erit (51), si tarsus fuerit corrugatus.

(47) CRAMPTON *Essay on the entropion or inversion of the Eyelids.* Lond. 1805. BAYER ub. *erichiasis und entropium, nebst Beschreib. e verbesserten Augenliederzange.* 1816.

(48) DEMOURS op. c. Tab. XVIII. fig. 1.

(49) N. 6.

(50) SAUNDERS *a treatise of some practical points relating the diseases of the eye.* SCHREGER *Chirurg. Versuche.* Nurnb. 1818.

(51) BEERI egregius discipulus D. JAEGER operationem istam excoxitavit, perfecitque feliciter. Vidi eam a medico quon-

*Trichiasis.*

10. *Trichiasis*, seu *introversio ciliorum* et per se, id est sine lapsu palpebrae superioris, aut entropio locum invenit. Quod accidere solet neglecta blepharitide catarrhalis in serophulosis, post blepharitidem variolosam, ac impetiginosam, et in genere ab exulecratione marginem internum tarsorum consumente: porro a ciliis muci ope in fasciculos collectis, iisque a crustis inquinatis, nec non a decubitu protraeto infantum super oculos, et a vitio plicoso. Cum trichiasis haud raro *partialis* sit, ac solum ad angulum externum oculorum obveniat, probe cavendum, ne praetervideatur. Trichiasis, nisi deformitatem tarsorum sociam agnoscat, arte tolli potest. Dic neglecta *panno* (\*) ansam porrigit. Laudatur ad trichiasin tollendam *tenaculum* (52), enijs ope cilia prope basin firmata, directe evelluntur; at raro, sin unquam, sic cura radicalis perficitur (53). Ad eam obtinendam

dam secundario clinici instituti Viennensis D. ROZAS cum dexteritate peractam. Referente professore chirurgiae Vilnensi CL. PELIGAN, eadem operatio jam duduim Petropoli ab experto medieo oculario RAINERI in usum dedueta est.

(\*) §. XXXI N. 6.

(52) BEER op. c. 1. B. fig. 1.

(53) KOHLER Vers. e. Heilart d. *Trichiasis*. Leipzig. 1796.

*excisio plicae cutaneae*, sicuti in prolapsu palpebrae superioris commendatur; verum facile hic quid nimis excinditur, aut membrana externa palpebrae per suppurationem ultra debitos limites destruitur, unde inevitabilis *lagophthalmus*. Arridet nobis hinc longe magis methodus (54), qua, decennibente aegro clausis oculis super dorsum, *acidum sulphuricum concentratum*, ope penicilli asbestiani suscepimus, palpebrae secundum decursum tarsorum, duabus lineis supra tarsum (si agatur de palpebra superiore), vel totidem infra eum (si agatur de palpebra inferiore), illinitur; consperso illico eodem loco cum aquae tepidae guttis nonnullis ex spongia expressis; quam scilicet methodum, praesertim in palpebra superiorc omnino successisse plus vice simplici observavimus. Locus enim illinitus illico vesiculis albidis notatur, ex quibus paullo post eschara efformatur, qua decidua, lamina palpebrae exterioris parum breviore reddit, cilia mox extus convertuntur. Quandoque operatio ista bis, terve ad perfectam sanationem obtainendam repetenda est. Minori in malo palpebra, manu extus conversa, emplastro agglutinante firmari potest (55).

(54) HELLING in HUFELAND'S *Journ.* 1815 April. p. 98, 112.

(55) DEMOURS l. c. T. I. p. 106. « Je tire la paupière, en la

*Distichiasis.*

II. *Distichiasis*, seu *duplex ciliorum ordo* malum in Lithnania familiare, immerito hinc in d binm vocatm sistit (56). Alter ciliorum ordo a primo legitimo in eo differt, quod cilia, seu potius pseudocilia nplurimum candida, et tenuiora sint, saepeque sparsim (57) super basi minimis excrescentiis notata (58) obveniant, quo in casu tantum, probe examinato oculo, detegi possunt. Distichiasis praecipue in hominibus crinibus fuscis instructis, et maxime in judaeis observatur. Aeger aliquando nil nisi citam oculi defatigationem accusat (59). Ad distichiasin tol-

*renversant le plus possible en dehors, et dans cette position je place verticalement, en commençant près de la naissance des cils, deux bandelettes, et quelques fois trois de taffetas agglutinatif, vulgairement appelé taffetas d'Angleterre, de la longueur chacune d'un pouce et demi, et large d'un demi-pouce. Le succès tient à ce qu'on fasse usage de taffetas bien préparé, qu'on ait la patience de ne lacher la paupière que lorsqu'il est sec, c'est-à-dire après quatre, ou cinq minutes, et qu'on ne l'ait ni trop, ni trop peu mouillé avant de l'appliquer».*

(56) Et DEMOURS illud vigesies et ultra vidit l. c, p. 110. Vera imago babetur tab. XX. fig. 1. ejusd. op.

(57) .... *Les cils sont semés ça et là le long de la marge (de la paupière).* DEMOURS l. c. v. tab. LXIV. fig. 1.

(58) DEMOURS l. c.

(59) DEMOURS l. c. p. 111.

tollendam unctionem ostiolorum capillarium ope acus cudentis, aut applicationem caustici ut periculum eonamen rejicit expertissimus vir, ac *repetitam evulsionem pseudociliorum*, quo primum in conspectum veniunt, ut unicum hucusque notum auxilium commendat (60).

*Ancyloblepharon, et symblepharon.*

12. *Ancyloblepharon*, seu *concretio palpebrarum inter se*, et *symblepharon*, seu *concretio palpebrarum cum bulbo oculi* autopsia dignoscuntur. *Ancyloblepharon* dicitur *perfectum*, dum palpebrae in toto currienlo concretae sunt, secus autem, *imperfectum*. Eadem distinctio relate ad *symblepharon* locum invenit. Caussa hujusmodi malorum in exsudatione lymphae coagulabilis pseudomembranulam formantis quaerenda videtur, cui exsudationi plerumque ophthalmiae traumaticae, in primis eae, quae a rebus oculos' chemice laedentibus (61) (uti aqua servida, acida mineralia, calx viva) excitantur, ansam porrigunt. Quaestio, num partes concretae cultro separandae sint, nec ne, ab oculorum conditione pendet. Enimvero, si ex historia praevia morbi elucescet, quod jam de visu desperandum

(60) BEER I. c. 2. B. p. 120. Sic et DEMOURS I. c.

(61) DEMOURS I. c. p. 113.

sit, omnis separationis conatus superfluus evaderet. Porro in ancyloblepharo maximi interest nosse, utrum non delitescat simul symblepharon. Illud nequaquam delitescere apparet, dum palpebra superior ope digitorum in plicam colligi, et oculus jussu medici ab aegro undique libere moveri potest. Licet et specillum exploratorium ab angulo interno oculorum sub palpebras ingeri, quod absente indicata complicatione nullum experitur impedimentum. Latente symblepharo quaeritur, utrum ad corneam, utrum ad albugineam locum inveniat. Ibi aeger vix, aut ne vix quidem lucem percipit, hic sat bene. Tandem et tactus ope percipitur, num oculus sub palpebris delitescens male tractatus sit, nec ne. Quodsi bulbus oculi aut tabe, aut alia difformitate laboraret, operatione nil praestaretur, immo reconditum vitium palam fieret. Quo pacto operatio tum ancyloblephari, tum symblephari instituenda (62), et nova concretio impedienda sit (63), alii docebunt.

(62) BEER op. c. 2. B. p. 128. 132. RICHERAND *nosographie chirurgicale* T. II. p. 17. 4. édit. WENZEL *diction. ophthalmologique*. T. 2. p. 155. et 156. DEMOURS l. c.

(63) Jam CELSUS de artis impotentia hic conqueritur (*De re medica*. L. VII. C. VII.).

*Ectropium sarcomatosum, et sarcoma palpebrarum.*

13. *Ectropium sarcomatosum* (64) sese exhibet tumore conjunctivae palpebrarum rubro, pallido, molli, levigato, ab attactu facile cruem fundente, sensilique. Lacrymae fere semper per genas depluant ob carunculam lacrymalem a bulbo oculi deductam. Afficiuntur nunc palpebrae utraque horrendo cum adspectu, nunc alterutra, plerumque inferior. Tractu temporis tumor palpebrae firmior, major, et rubrior, ac tandem *granosus* (\*) evadit, ac sensititate destituitur. Quandoque non omnis superficies palpebrae extus conversae luxuriatur, sed in uno tantum earum loco excrecentiae in conspectum veniunt (*sarcoma palpebrarum*), nunc planae (*s. sessile*), nunc pendulae (*s. pen-sile*). *Ectropium sarcomatosum* effectum sistit blepharitidis catarrhalis fortissimae (*blepharoblenorrhoeae*), et *ophthalmiae* sic dictae go-

(64) Gall *évaillage des paupières*. Le DRAN sur un œil évaillé. In mém. de l'ac. de Chir. T. I. p 44. BORDENAVE mém. dans lequelle on propose un nouveau procédé pour traiter le renversement des paupières (ib. T. V p 97.).

ADAMS op. c. MAUCHART Diss. de ectropio Tub. 1733. in HALLERI Diss. chirurg Vol. V. N. 14 HERDER Diss. de ectropio et trichiasi. Jev. 1785. KUNTZEL Diss. aetiologyae ectropii et entropii examen criticum continens. Hal. 1792.

(\*) Cfr. §. XCV. 7. (\*)

*norrhœicae. Sarcoma palpebrarum* originem chronicam agnoseens instar sareomatum in genere ortum valde obscurum habet. Perstante dhuc commissura palpebrarum, *ectropium sarcomatosum* eo facilius auferunt, quo mollius id est, atque recentius. Orditur tunc eura *a tinctura opii simplici*, devenitur dein ad *lau danum liquidum SYDENHAMI*, et tandem ad *unguentum ophthalmicum*, prius *mite*, deinceps *forte*, quibus singulis semel, aut bis de die palpebrae luxuriantes ope penicilli illiniuntur. Provectiori in morbo ad *unguentum JANINI*, et, si pars affecta jam dura foret, ad *butyrum antimonii* simili modo illinitum, vel ad *lapidem infernalem* (65) confugiendum est. Palpebra affecta fere cornea redditæ, causticis *scarificationum* ope via paranda. Immo in tali malo rebelli operatione chirurgica palpebrae pars affecta auferenda (66). Sareoma palpebrae

(65) ST. YVES l. c. Lib. I. Ch. 15. DEMOURS op. c. T. I. p.

100.

(66) HIPPOCRATES de visu. « Palpebrae si crassiores quam pro natura fuerint, ex inferna parte, carne, quantum potes, quam expeditissime resecta, postea palpebram inurito, non candardibus ferramentis, vitando naturam pilorum: aut flore aëris tusto tenui adstringito ». Cfr. BEER op. c. 2. B. p. 137. De cura *granulationum* lege in HEMLY Bibl. 1. B. 2. St. p. 230.

*forsicibus*, vel *cultro*, non ligatura, vel causticis abigi debet, illinito sciris super locum affectionem *taudano liquido* SYDENHAMI.

*Chalazion.*

14. *Chalazion hordeoli*, cuius suppuratio impedita fuit, sistit effectum. Facile sarcomatosam id induit naturam quandoque ad magnitudinem nucis avellanae crescens. Sedes nunc circa tarsum, plerumque palpebrae inferioris, (quae, ut tumor clare appareat, extorsum deprimenda est), nunc ad superficiem externam, vel internam palpebrarum animadvertisit. Signa gentilitia chalazii consistunt in tumore rotundo formae fabae, saepe mobili, levigato, firmo quidem, at non duro, minimeque dolorifico. Chalazio sub integumentis palpebrae latente, levis illius rubor observatur; quodsi vero sub museulo orbiculari lateat, color cutis superimpositae a norma minime deflectit. Haud raro una eademque in palpebra plurima obveniunt chalazia. Quo in casu, in primis in aegro scrophuloso, prognosis dubia cum periculo transitus tumoris in scirrhum, et cancerum. Alias sanatio certe promittenda. Et quidem sine operatione, si chalazion needum magnitudinem pisi, vel fabae adaequaverit, si immediate sub tegumentis externis jaceat, et si needum in scirrum transformatum

sit. Tentatur resolutio, chalazion ope digiti pluries de die perfricando, porro illinitio tumoris cum *balsamo vitae HOFFMANNI*, *aethere*, et *tinctura opii*, ac tandem cum *tinctura cantharidum*. Peracta illinitio chalazion emplastris *diachylon cum gummatibus*, et *conii maculati* intime aequali dosi mixtis, atque super linteolum extensis cooperitur. Caustica, utpote scirrho viam sternentia, nunquam adhibenda. Quodsi sub methodo indicata chalazion inflammaretur, illico tumor modo indicato (67) ad suppurationem perducendus. Resolutione incassum tentata, aut ea non indicata, ad *culturum*, non neglectis debitisi cautelis (68), recurrentum.

*Scirrus, et cancer palpebrarum.*

15. *Scirrus palpebrarum* plerumque ex tylosi, aut verruca (69) evolvitur. Morbus ille a chalazio distinguitur: quod scirrus utpote ad marginem palpebrarum usque sese extendens majorem occupet superficiem, quodque tumor nodosus, hinc inde a vasis varicosis notatus, admodum durus, et, nisi in *cancrum* iam mutatus, indolens sit. Mutatio ista violentiis externis, malae curandi rationi, constitutioni car-

(67) §. IX. N. 5.

(68) BEER op. c. 2. B. p. 148.

(69) DEMOURS l. c. p. 120. tab. XVIII. fig. 2.

cinomaticae aegrorum . vitioque plicoso tribuenda. Indicatur a dolore lancinante , et augmento tumoris admodum sensilis , a copia vasorum varicosorum , a colore lurido cutis , et a livore conjunctivae bulbi oculi ; quibus phaenomenis , si febris lenta superaccedat , de diagnosi nullum extat dubium. *Cancer apertus* palpebrac diagnoscitur , quod cutim depascit , quodque ulcus ichorem brunneum largiens marginibus inaequalibus , elevatis , duris , sanguinem fundentibus instruitur , quodque dolore profundo capitis solum ab haemorrhagiis e vasis varicosis pro tempore sublevato stipatur. Nec desunt exempla nodulorum ad palpebras illico cancerum exhibentium (70). Quamvis scirrhus palpebrarum difficilius in cancerum mutetur , quam ille bulbi oculi , attamen morbum periculo plenum sistit. Prognosis *cancri* adhuc pejor. Resolutionem scirrhi palpebrarum tentare absurdum , et aleae plenum est ; constituit enim verum *noli me tangere* (71). Sicuti enim remedia externa transitum illius in cancerum promovent , ita usus internus conii maculati aegri constitutionem sinc omni alio fructu pessundat. Ipsa *scirrhi* , vel *cancri extirpatio* , si conspicua jactura substanz-

(70) BEER I. c. p. 143.

(71) Verrucas ligatura ope fili sericei aufert DEMOURS I. c.

tiae palpebrae ad eam perficiendam requiratur, ob lagophthalmum inde fere inevitabilem nequaquam cum successu suscipitur (72). Quid de formatione palpebrae inferioris ex cute genae (73) sentiendum sit, ulterior demonstrabit experientia. Tentamina cancerum palpebrarum sine operatione sanandi frustra locum obtinuerunt.

## CAPUT III.

## DE MORBIS ORGANORUM LACRYMALIUM.

## §. XI.

## DE ARGUMENTO GENERATIM.

**C**hirurgi, et medici ocularii in doctrina fistulae lacrymalis statuenda (74) exclusive occupati illam morborum organorum lacrymalium in genere neglexerunt (75), donec vir egregius ADA-

(72) BEER l. c.

(73) *Bildung e. neuen Augenliedes aus d. Wange, vom Prof. DZONDI in Halle v. HUFELAND's u. HARLES's Journ. 1818. 11. St. Novemb. p. 99.*

(74) Vide infra §. XXXVI. N. 5.

(75) Egena haec pars est in ipso DEMOURSII saepe laudato opere, quamvis auctor studium, quod morbis viarum lacrymalium dicaverat, quam maxime attollat. T. I. p. 129. s. q.

MUS SCHMIDT (76) et in hac ophthalmologiae provincia lucem sparserit. Cum laude secutus est BEERIUS noster (77). Vestigia sua legendo, agemus 1.<sup>o</sup> de *inflammatione glandulae lacrymalis* (*dacryoadenitis*), 2.<sup>o</sup> de *inflammatione sacci lacrymalis* (*dacryocystitis*), 3.<sup>o</sup> de *blennorrhœa sacci lacrymalis*, 4.<sup>o</sup> de *inflammatione caruncularum lacrymalium* (*encaethis inflammatoria*), et 5.<sup>o</sup> de *reliquiis illarum inflammationum*.

## §. XII.

### DACRYOADENITIS.

#### *Symptomata.*

1. *Symptomata dacryoadenitidis*, seu *inflammationis glandulae lacrymalis* morbi, quidquid dicat SCHMIDT (78), rarioris (79) sunt: siccitas oculi (*xerophthalmos*), dolor gravatus, oscillatorius, pungens regionis temporalis, sese rapide ad bulbum oculi, frontem,

(76) *Ueb. d. Krankh. d. Thranenorgans. Wien 1803.* De eodem argumento scripserat LIEHT Diss. de præcipuis viarum lacrymalium morbis. Argent. 1776.

(77) Op. c.

(78) Op. c. p. 134.

(79) BEER op. c. B. p. 349. nota.

maxillas, et occiput expandens. Palpebra superior versus angulum temporalem tumet, evaditque dura, obscure rubra, tensa, splendens, ac attractum respuit. Bulbus quidem oculi (excepto quodam inflammationis vestigio in tunica conjunctiva anguli externi) minime rubet, at versus angulum temporalem vix moveri potest, ac sensilis admodum, et durus est. Progrediente morbo, bulbus ex orbita deorsum pellitur, cornea versus nasum constituta. Laeditur inde visus, pupilla angustiori, iride rigida redditis, non sine lucis morbosae apparitione, et delirio. Malo sic ad aemen perducto, dolore pulsante facto cum sensu frigoris in oculo, punctum flavescens vel ad conjunctivam bulbi oculi prius inflammationis vestigia exhibentem, vel ad palpebrae superficiem externam comparet latentem indicans *abscessum*.

#### *Caussae.*

2. Praeter violentias externas regioni superorbitali illatas, dacryoadenitidi arthritis, et scrophulae ansam porrigere videntur.

#### *Diagnosis.*

3. Dacryoadenitis quo proiectior, eo facilius dignoscitur. Inprimis ad locum, ex quo morbus originem duxerat, et ad vim, quam glandula lacrymalis, et annexa cellulosa, utpote tu-

more inflammatorio correptae, bulbo oculi inferunt, respiciendum. Conditio morbosa pupillae, et iridis, nec non lucis morbosae evolutio ex distensione nervorum ciliarium, et nervi optici, nec non ex oscillatione vasorum sanguiferorum vicinorum explicari possent.

*Prognosis.*

4. Quousque inflammatio glandulae lacrymalis se nequaquam ad bulbum oculi propagavit; eousque morbus sub recta medela minime periculosus est. Secus antem, si phlogosis partem internam oculi jam alinnde lacescitam occupet. Hic enim vel ipsa periclitari posset vita. Abscessu enim neglecto, ulcus fistulosum, et caries ossium orbitam componentium (patula facta puri ad cerebrum via) expectari debent. Quodsi puri tempestive exitus paretur, oculus in orbitam cum facultate videndi redit, quin tamen unquam bulbus ipse in axim poni possit, quae luseitatis species laesioni fere inevitabili musculi recti externi oculi motorii adscribenda est. Praeterea dacryoadenitis quandoque *sinui capillari* ansam praebet. Nec *induratio*, neque *scirrhos* glandulae lacrymalis silentio praeteriri debent.

*Cura.*

5. Ad resolutionem dacryoadenitidis obtinen-

dam *cruor* illico e vena, praesertim jugulari, ejusdem ubi morbus lateris, copiose trahendus. Quo facto ad *repetitam hirudinum applicationem*, praecipue ad tempora devenitur, non neglecto reliquo regimine antiphlogistico, imprimis *tenibus alvum evacuantibus*. Extremitatibus inferioribus *sinapismi* admoventur. Si morbus indolis traumaticae fuerit, fraeto inflammatorio impetu, lenia *diapnoica*, et *vesicatorium* ad nucham. Amissa jam resolutionis spe, conamina ad bonam, citamque suppurationem obtinendam dirigi debent. Hunc ad scopum *cataplasma emolliens* parti affectae superimpositum, saepiusve diu nocturne renovatum, addita etiam *herbae conii maculati parte*, conducit. Comparente puncto purulento vel in conjunctiva oculi, vel extus ad palpebras, illud *emplastro diachylon* cum *emplastro conii maculati* partibus aequalibus mixto, donec fluctuatio evidens fiat, coperiendum. Dein vero illico abscessus cultro, larga facta ineisione, aperiendum. Quod si operatio ista ad palpebram loeum inveniat, linteal carpta *laudano liquido SYDENHAMII* imbuta vulneri imminittenda, ac effluxus puris promovendus. Interea vires aegri sustinendae. Ossibus orbitae jam cariosis faetis, ad methodum adversus cariem fistulani laerymalem comitantem propositam recurrentum.

## §. XIII.

## D A C R Y O C Y S T I T I S .

*Symptomata.*

1. *Dacryocystitis, seu inflammatio sacci lacrymatis* orditur dolore obtuso, penetrante anguli nasi, quo loco tumor formae fabae arete circumscriptus, valde durus, et sensilis in conspectum venit. Tumor iste durus pedetentim rubet, attactumque plane respuit. Dolor ad bulbum oculi extenditur. Carunculae lacrymales corrugantur, puncta lacrymalia evanescunt et stillicidium lacrymarum oceenrrit. Cavitas nasi lateris affecti ab initio admodum madida est, paullo autem post plane arescit. Homines cete valde tenera instructi timorem veluti erysipelaceum super palpebras, et genas extensem, comitante cephalalgia, experiuntur. Interea crescit tumor anguli nasi fluctuationem exhibens. Cutis cum obducens profundo tingitur rubore, ac splendet. Tandem in medio tumoris punctum oritur molle, flaviusculum, ex quo disrupto pus tenui, cernori mixtum stillat, marginibus vulneris illico callosis redditis. Tumor inde haud evanescit, sed imminnitur, ac morbus genuinam refert *fistulam lacrymalem*, de qua infra.

*Caussae.*

2. Dacryocystitidi occasionem praebent causae traumaticae , rheuma , praesertim in scrophulosis , et syphiliticis.

*Diagnosis.*

3. Diagnosis dacryocystitidis , habita ratione loci affecti , quatenus sacco lacrymali respondet , instituitur. Cavendum , ne eam cum *anchilope erysipelaceo* confundamus (80) ; sistit enim iste *anchilops* veram *blepharitidem erysipelaceam* , unde morbus a cutis superficie sine tumore circumscripto , et sine duritie orditur , tractu solum temporis , et sub perversa medendi ratione saccum lacrymalem , et quidem maxime parietem suum anteriorem attingit , qua de caussa malum nonnisi lente cavitati proximae narium communicatur , ac abscessus , utpote non in ipso sacco lacrymali formatus , sub nomine *fistulae spuriae sacci lacrymalis* obvenit. Quin immo , si abscessus nequidem ad saccum lacrymalem pervenerit , (quod ex signis serius tradendis dignoscitur ) morbus simpliciter *ulcus anguli nasi* (*aegilops simplex*) salutatur. Ut vero ad dacryocystitidem redcamus , haud arduum est de illius praecipuis symptomatibus rationem red-

(80) §. V. N. 3.

dere. Originem enim debet: stillicidium laerymarum obliterationi ductuum lacrymalium; siccitas cavitati vicinae narium inflammationi ad membranam sehniederianam propagatae, quandoque et lymphae coagulabili ductum nasalem replenti; et tumor sacci lacrymalis secretioni muci prius, dein puris.

### *Prognosis.*

4. *Dacryocystitis*, nisi a violentiis externis producta fuerit, haud difficulter in primo morbi limine tollitur. Quodsi etiam perfecte resolvi nequeat, inflammationis effectus saltem ad *hydropem acutum sacci lacrymalis* (81) restringitur. Qui hydrops ab accessu in eo distinguitur, quod solum collectionem morbosam liquidi cuiusdam in saeco lacrymali sine *jactura substantiae* constitut, ae sine magna difficultate debellari queat. Neglecta dacryocystitide, obliteratio duetuum lacrymalium, duetusque nasalis timenda est, de qua sub curriculo inflammatis, utpote omnem explorationem contraindicantis, vix notitia acquiri licet. De prognosi fistulae lacrymalis infra sermo crit.

### *Cura.*

5. *Cura dacryocystitidis* in primo morbi li-

(81) *Blennorrhœa sacci lacrymalis* BEERII. *Dacryops blennoideus* SCHMIDTII.

mine illi blepharitidis catarrhalis (82) similis. Suadent praeterea, ut aqua frigida naribus attrahatur (83). Amissa resolutionis spe, suppuratio emollientium ope promovenda, et abscessus ad maturitatem perductus secundum regulas artis (84) aperiendus, sanandusque.

## §. XIV.

### BLENNORRHoeA SACCI LACRYMALIS.

#### *Notio.*

1. Inflammationem, vel potius irritationem chronicam sacci lacrymalis secretionem copiosam lymphae coagulabilis largientem *blennorrhœam* illius nuncupamus.

#### *Symptomata.*

2. *Blennorrhœa sacci lacrymalis* symptomatis *anchilopseos erysipelacei* orditur. Illo tamen in morbo sub rubore tumor sacci lacrymalis percipitur. Compresso hoc tumore, mucus ab initio tenuis, et albus, dein densior, et flavus (ac etiam pro varia temperatura, in qua aeger versatur, proutque satiatus est, aut jejonus, valde diversus) per puncta lacrymalia

(82) §. VI. N. 5.

(83) BEER op. c. I. B. p. 369.

(84) Idem, ibidem. p. 370.

regurgitat, ac oculum inundat. Vix infra per ductum nasalem is evacuari potest ob frequentem hujus ductus, praesertim in scrophulosis, obliterationem. Nil hinc mirum, si aeger simul de siccitate naris lateris affecti conque ritur.

*Caussae.*

3. Blennorrhoea sacci lacrymalis plerumque progeniem coryzae, aut blepharitidis catarrhalis in scrophulosis sistit. Aliquando variolae, morbilli, et scarlatina quoque, in scrophulosis, illi ansam porrigunt. Id vero blennorrhoeae, de qua agitur, proprium observatur, quod, ea vigente, insultus, inflammatorii partium affectarum saepe redeunt.

*Prognosis.*

4. Quo crebrius recidivae hujuscemodi locum obtinent, quo magis membranae sacci incrassantur, eo minor sanationis spes. Generatim morbus habitualis redditus difficulter, nisi per ipsam naturam, e. c. tempore pubertatis, graviditatis tollitur. Maxime transitus in *fistulam lacrymalis* timendus, quae ut plurimum *atresia ductus nasalis* stipatur. Quandoque parietes sacci lacrymalis aut inter se concrescunt, aut ita relaxantur, ut *hernia sacci lacrymalis* oriatur. Primo in casu *stillicidium lacrymarum* inevitabile,

Quodsi materiem puriformem in sacco lacrymali nec sursum, nec deorsum evacuare liceat, *hydrops sacci lacrymalis* sequitur.

*Cura.*

5. Cura morbi uti in daeryocystitide. Cavendum ab exploratione sacci lacrymalis, nec non ab injectionibus. E contrario juvat instillatio *solutionis lapidis divini*, vel illinitio sive *taudani liquidi SYDENHAMI*, sive *unguenti ophtalmici rubri mitioris* in angulum oculi, praemissa semper expressione sacci ope digitii. Membranis sacci ipsis incrassatis, inungatur illi *unguentum hydrargyri griseum*.

§. XV.

ENCANTHIS INFLAMMATORIA.

*Symptomata.*

1. Caruncula lacrymalis, et membrana, cui ea insidet, semilunaris, tument, dolent, ac late rubent. Rubor, sine tumore tamen, ad margines palpebrarum, ad puncta lacrymalia, et ad conjunctivam oculi extenditur. Impeditur inde lacrymarum absorptio, earumque ductio ad saccum. Progrediente morbo, dolor lancinans sub conatu palpebras claudendi persentitur, qua de caussa aeger oculis apertis manere mayult. Attactus le-

vissimus carunculae lacrymalis inflammatae maximum excitat cruciatum bulbum oculi in consensum trahentem cum evolutione lucis morbos. Interea secretio lymphae coagulabilis apparet, quae in crustas desinens, horis matutinis angulum oculi conglutinat. Tandem inter carunculam, et membranam semilunarem punctum suppurans in conspectum venit, quod plerumque in abscessulum transit. Abscessulus iste quidem sponte rumpitur, at caruncula lacrymalis, aut volumine aucta, et dura remanet, aut etiam a suppuratione attingitur (*rhyas*), et aliquando consumitur (*rhacos*, *rhacosis*). Suppuratione lente procedente, vel neglecta, tela cellulosa luxuriare incipit, ac tumor fungosus aliquando nucis magnitudinis evolvitur (*encaanthis fungosa*).

#### *Caussae.*

2. *Caussae encanthidis inflammatoriae* sunt corpuscula peregrina in carunculam lacrymalem illapsa, aut inter istam, et membranam semilunarem haerentia, vulnera carunculae, et rheuma ad eam conjectum.

#### *Diagnosis.*

3. Oculus microscopii ope probe examinandus, utrum corpusculum quoddam extraneum, c. c. festuca vitri, lapidis inveniatur, nec ne. Ipse aeger optime locum affectum indicat. Cor-

pusculum extraneum quandoque et per specillum ex osse balaenae facto detegitur.

*Prognosis.*

4. Encanthis inflammatoria sine laesione conspicua partium affectarum facile tollitur, relicto tamen pro tempore impedimento in lacrymis absorbendis. Quod impedimentum, *stillicidii lacrymarum* caussa perpetuo expectandum, si caruncula, et vicinae glandulæ sebaceæ, nec non cellulosa eas involvens vel indurantur, vel in suppurationem transeunt.

*Cura.*

5. Morbo a corpore extraneo orto, hoc vel lotione emolliente tepida, vel injectione simili sine vi instituta, vel denique tenacula, aut scalpello delicate abigendum. Quo facto, aqua frigida, additis in graviori malo nonnullis guttis *acetatis plumbi liquidi*, oculo applicanda. *Encanthis* inflammatoria indolis *rheumaticae*, uti blepharitis catarrhalis (85) pertractari debet. Relicto solo stillicidio lacrymarum, a remediis astringentibus, et exsiccantibus abstinentur, ac auxilium a tempore expectandum, *Encanthis fungosa*, dummodo non indolis carcinomaticae, illinita bis de die *tinctura opii composita SYDENHAMI* aufertur.

## §. XVI.

DE INFLAMMATIONIS ORGANORUM LACRYMALIUM  
RELIQUIIS.*Generalim.*

1. Reliquis inflammationis organorum lacrymalium adscribuntur: *sinus capillaris glandulae lacrymalis*, *ejusdem scirrhos*, *sacci lacrymalis fistula*, *hydrops*, *hernia*: porro *stillicidium lacrymarum*, *xerophthalmos*, et *encanthis carcinomatica*.

*Sinus capillaris glandulae lacrymalis.*

2. Abscessum palpebrae superioris, et dacryoadenitidem neglectam *sinui capillari ad glandulam lacrymalem perducenti* aliquando ansam porrigerem monuimus (86). Obvenit vero sinus capillaris, de quo agitur, ad angulum externum palpebrae superioris, ac vix sine microscopii auxilio detegitur. Ostiolum habet marginibus callosis instructum lacrymas limpidas fundens. Explorato ostiolo ope specilli ANELII (87), via ad glandulam lacrymalem, caeterum sanam, patula est. Videtur hic morbus in laesione du-

(86) §. XII. N. 4.

(87) BEER op. c. Tab. Instrum. 5.

etus ejusdam lacrymalis consistere. Malum istud difficillime, et delicioris evadit curae, ac saepe satius est illud naturae committere, quam auxiliis tum glandulae lacrymali, tum bulbo oculi facile infensis aggredi. Indicatio enim alia hic non invenitur, quam causticorum ope inflammationem novam sinus fistulosi excitandi. Ad quem scopum assequendum, specillum ANELII, vel chorda musica, vel candela ex spongia praeparata ita in sinum repetitis vicibus introducuntur, ut, eo dilatato, causticum aliquod, e. c. lapis infernalis probe acuminatus locum invenire queat.

*Scirrhos glandulae lacrymalis.*

3. Quamvis *scirrhos* vix ad exitus dacryoadenitidis pertineat, ac ab induratione glandulae lacrymalis, hac ex inflammatione pro tempore relicta, probc distinguendus sit; attamen complementum doctrinae, ut vel de eo quaestio instituatur, exposcit. Hoc morbo per se existente, glandula scirrhosa bulbum oculi fcre immobilem factum nasum versus deorsum, et extorsum premit. Caeterum nec dolor, nec rubor occurunt. Ad angulum temporalem inter palpebram superiorem tensam, et bulbum oculi protrusum tumor fixus, durus, inaequalis, digito exploranti renitens, et ( nisi jam evolutio cancri

incipiat) indolens percipitur. Obveniunt præterea bulbus oculi siccus, tarsi sebo Meibomiano exsiccato obducti, cornea plus minus impellucida, et in malo jam diuturno conjunctiva oculi corrugata, totusque oculus veluti cadaverosus. Minus evidentia sunt signa scirrhi glandulae lacrymalis, si reliquiae oculi partes simul vitio carcinomatico laborent. Tunc et transitus in carcinoma maxime timendus, qui transitus in simplici glandulae lacrymalis scirrho vix unquam locum invenit. Omne conanien scirrum, de quo agitur, resolvendi, aut extirpandi, vanum est; nemo enim ante operationem ambitum scirrhi determinare scit, ac vix non semper, docente sectione cadaverum (88), periosteum orbitae, quin immo ossa eam componentia a statu sano aberrant.

*Fistula sacci lacrymalis.*

4. *Fistula lacrymalis genuina* (89) est *ulcus membranae pituitosae sacci lacrymalis foramine angusto, callosoque instructum.* Foramen sacci lacrymalis non semper illi integumentorum erosorum respondet. Immo accidit quandoque, quod pus ex uno sacci foramine manans sibi varias sub cute vias paret, ac per totidem foraminula extus in conspectum veniat.

(88) BEER op. c. 2. Th. p. 246.

(89) §. XIII. N. 1.

Diagnosis vel hoc in casu haud ardua est ; nam , compresso sacco lacrymali in parte sua superiori , illico pus ex singulis foraminulis cutis pullulat. Fistula lacrymalis , in qua foramen sacci illi cutis respondet , *simplex* , secus *complicata* dicitur. Neque ignorandum , posse saccum lacrymalem ad parietem posticum exulcerari , ac pus , erosionis ossibus subjacentibus , sibi viam in cavitatem narium parare , quod *fistulam cariosam* constituit. Compresso sacco fistuloso lacrymali hinc inde , praeter mucum , et pus , puraque produnt lacrymae , quod de instauratione dictionis lacrymarum ( mixtionem cum pure responsum ) ad saccum testatur. Fistula lacrymali seneseente , secretio muci loeum puris sensim sensimque occupat. Mucus iste , utpote nimis densus , quam ut ad cavitatem nasi duci queat , cum practerea lumen ductus nasalis ob tumorem membranae pituitosae , qua obducitur , imminutum sit , in sacco lacrymali colligitur. Verum tractu temporis et muci copia decrescit , ac albumini similis jam cum lacrymis ( instaurata functione punetulorum , et canalium lacrymalium ) miscetur. Coalescit nunc , vel per artis (90) , vel per naturae conamina foramen sacci

(90) Curam fistulae lacrymalis , utpote plane ad chirurgiam spectantem praetereo . Cfr. BEER op. c. 1. Th. p. 369, 377,

lacrymalis, relicto saepenumero ductu capillari, (nisi communicatio sacci cum naribus instaurata sit) mucum lacrymis mixtum fundente. Deleta communicatione hujusmodi, et sanato ductu illo, aeger, ut contenta in sacco lacrymali pluries de die sursum per puncta lacrymalia exprimat, cogitur. Fistula lacrymalis complicata, praesertim in aegro aliunde valetudinario, difficillime sanatur. Caries injectionem

et reliqui de fistula lacrymali scriptores, inter quos excellunt PETIT *de la fistule lacrymale* (Mém. de l'ac. des sc. 1734 p. 135.) second mém. sur la fistule lacrymale (ibid. 1740. p. 155.) troisième mém. etc. (ibid. 1743. p. 390). ANEL obs. singulières sur la fistule lacrymale. Turin 1713 I. CH. VOGEL de fistula lacrymali, eamque sanandi tractatus. Gryphisw. 1756. POTT Obs. of that disorder of the cornea of the eye commonly called fistula lacrymalis. Lond. 1758. POUTEAU Mélanges de chirurgie. Lyon 1760. PALUCCI Methodus curandae fistulac lacrymalis. Vindob. 1762. DE LA FOREST Nouv. méthode de traiter les maladies du sac lacrymal. In mém. de l'acad. de chir. T. II. p. 175. LOUIS Reflexions sur l'opération de la fistule lacrymale. In mém. de l'acad. de chir. T. II. p. 193. METZGER Curationum chirurgicarum, quae ad fistulam lacrymalcm hucusque fuerunt adhibitae, historia critica. Monaster. a p. PERENON. 1772. BLIZARD A new method of treating the fistula lacrymalis. Lond. 1780. SCHULZE Diss. de fistulam lacrymalem sanandi methodis. Argentor. 1780. WATHEN A new and easy method of applying a tube for the cure of the fistula lacrymalis. Lond. 1781.

solutionis *gummi resinae* tum *ferulae assae foetidae*, tum *heraclei gummiferi* exposcit. Quocumque in easu *cicatrix* expeetanda. Haud raro et *atonia punctulorum*, et *canalium lacrymalium*, vel eorum *destructio*, per genas stilantibus lacrymis, relinquitur. Sacco lacrymali sic undique clauso, mucus secretus, et haud absorptus praeter modum colligitur, ae *hydropem sacci lacrymalis* constituit.

Hydrops sacci lacrymalis.

5. Praeter vix indicatam autem originem *hydrops sacci lacrymalis* (91) et sub ipsa hujus receptaculi inflammatione, ut monuimus (92), evolvitur. Generatim morbus iste tumore oblongo ad angulum nasi de die in diem (ali quando ad magnitudinem ovi columbini) crescente, indolente, pressioni digitii renitente, et cute ex livido rubescente obducto manifestatur. Fluctuatio nunc profunda, nunc nulla percipitur. Saccus lacrymalis nec per puncta lacrymalia sursum, nec per duetum nasalem deorsum evanescari potest. Eo ad extremum usque replete,

(91) « J. L. PETIT a fait remarquer, que l'*hydropisie du sac lacrymal* est mal nommée, parceque l'humeur n'est point sortie de ses couloirs. Cette maladie mérite plutôt le nom de *retention de larmes en égard au rapport, qu'elle a avec la retention d'urine.* » DEMOURS I. C. p. 141.

(92) §. XIII. N. 4.

ac rupturam minitante , aeger sensum molestum tensionis in cavitate nasali , in regione orbitali , et in oculo ipso percipit , qui ab attactu augetur. Impedit tandem tumor sacci lacrymalis apertione fissurac palpebrarum. Materies in sacco contento vel fluida adhuc est , vel jam in gelatinae speciem coagulata. Primum expectare licet , si morbus paucarum hebdomadum non fuerit senior , si tumor magnitudinem fabae haud supereret , elasticus sit , fluctuatione etiamsi profundam agnoscat , ac cutis colorem necdum multum a normali abludentem exhibeat. Alterum locum dum obtinet , cutis tumorem jam radicem nasi superantem , lividum varici similem , compressioni digiti nequaquam cedentem , ac nullum fluctuationis vestigium edentem prae se fert. Utroque in casu hydrops sacci lacrymalis operatione chirurgica (93) auferri potest ; verum alia quaestio sese exhibit , utrum scilicet absorptio , et ductio lacrymarum ad cavitatem naei restitui possit , nec ne. Cui quacstioni sollem , praevia apertione sacci lacrymalis , ac instituta lege artis (94) exploratione viarum lacrymalium , respondere licet. Multum spei exstat , si inflammatio praegressa non adeo vehe-

(93) BEER op. c. 2. *Th.* p. 160, 183.

(94) BEER l. e. p. 162.

mens fuerat, ut concretio viarum illarum expectari possit. De *hydatide sacci lacrymalis* alibi sermo erit.

*Hernia sacci lacrymalis.*

6. *Hernia sacci lacrymalis* tumore molli ad angulum nasi (in fovea scilicet ossca saccum lacrymalem continentem), cuti concolorc, magnitudinis fabac, indolentc, ac a compressione digitii evanescenc se exhibet. Compressionis hujusmodi opere, ex punctis lacrymalibus, vel si istae simul digito comprimantur, ex ductu nasalí, vel ex ultraque via simul liquidum diaphanum albumini simile, mucus videlicet lacrymis mixtus, (aliquando in istis sub forma floccorum albido-rum innatans) vel et materies puriformis regurgitat. Evacuato ita sacco lacrymali, tumor illius pro tempore evanescit, at cutis superimposita in rugas desinit, ac paullo post saccus iterum a muco, et lacrymis repletur. Si saecus lacrymalis, quamvis a liquido contento evanatus, tamen adhuc tumorem elasticum refrerret, id excrescentiae fungosae membranae illius pituitosae tribuendum foret. Caussa herniac sacci lacrymalis in praevia, rarissime in perstante adhuc illius blennorrhœa quaerenda est, neglecta scilicet diu expressione materiae puriformis, et inde sécuta laxitate sacci ipsius, eel-

lulosae eum cooperientis, musculi orbicularis, et integumentorum. Ne vero *sacci lacrymalis hernia* cum illius *hydropoe* confundatur, cuius erroris ipse A. SCHMIDT particeps factus est (95), et alii quotidie participes sunt, diversitates eorum sequens tabula exhibebit.

*Sacci lacrymalis.*

| <i>Hydrops.</i>                                           | <i>Hernia.</i>                                  |
|-----------------------------------------------------------|-------------------------------------------------|
| 1. Tumor ad ovi columbini magnitudinem increscere potest. | 1. Tumor nunquam fabae magnitudinem excedit.    |
| 2. Cutis tumorem obducens ex livido rubra est.            | 2. Cutis tumorem obducens coloris normalis est. |
| 3. Tumor compressioni renitens.                           | 3. Tumor a compressione evanescens.             |
| 4. Saccus lacrymalis nullo pacto evacuari potest.         | 4. Saccus lacrymalis evacuationem admittit.     |
| 5. Tumor ad extremum perductus dolorem procreat.          | 5. Malum indolens.                              |

Quo ad prognosin herniae *sacci lacrymalis*, morbum taediosae quidem curationis, sed medelam admittentem sistit. Indicatio in instaurando partium relaxatarum tono consistit. Ad

quem scopum consequendum linteola rebus spirituosis imbuta super locum affectum gradatim magis magisque secundum regulas artis (96) firmata adhibenda sunt. Injectio per puncta lacrymalia, utpote haec organa laedens, rejicienda. E contrario juvat angulo interno oculi *alcohol, aetherem sulphuricum, balsamum vittae HOFFMANNI, decoctum corticis quercus*, et maxime *aquam saphyrinam* (97) instillare.

*Stillicidium lacrymarum.*

-2. *Stillicidium lacrymarum* duplicitis est generis; nunc enim lacrymae copiosius, quam par est, secernuntur, et a punctis lacrymalibus quainvis bene constitutis absorberi tam cito nequeunt; nunc lacrymac ad normam quidem secernuntur, at ob punctolorum lacrymalium labefactionem haud absorbentur. *Stillicidium ex aucta secretione* (\*) 1.<sup>o</sup> in aëre frigido, et

(96) BEER l. c. p. 158.

(97) R. Aquae calcis vivae libram unam: salis ammoniaci drachmam unam. M. Stent per viginti quatuor horas in vase cupreo, a quo aqua, colore saphyrinum nacta filtretur, et servetur. Alias additur scrupulus unus sulphatis cupri ad citius hunc colorem solutioni cupri conciliandum. Dispens. pharmaceuticum univers. Auct. DAN. WILH. TRILER. p. 73.

(\*) Mensè januario 1815. virginem phthisicam observavi, quae noctu tantum lacrymarum profluviū patiebatur, ut

humido invalescit, remittit vero in aëre calido, et sicco; 2.<sup>o</sup> puncta lacrymalia ad normam constituta sunt, et stimulo mechanico parvo licet applicito, contrahuntur; 3.<sup>o</sup> lacrymae non solum ex angulo oculi, sed undique ex fissura palpebrarum deplnunt; et 4.<sup>o</sup> oculus nihilominus lacrymis innat. Caussa stillicidii hujusmodi lacrymarum in sensibilitate morbosa oculi, praesertim conjunctivae locatur (98), quae ab ophthalmiis erysipelaceis, rheumaticis, arthriticis, syphiliticis, et scrophulosis relinqui solet. Quo ultimo in casu et lux fortis lacrymas elicit, socia plerunque contractione spasmodica palpebrarum. Hoc casu excepto, malum sub debito oculorum regimine tractu temporis sponte evanescit. Alias ad solutionem *lapidis divini* cum *acetate plumbi* oculis, decumbente aegro, tepide ter quaterve de die instillandam, nec non ad *frictiones superciliorum* cum *spiritu* quodam *aromatico*, et *tinctura opii* confugiendum. Aegro perquam sensili et usus internus *extracti hyoscyami* indicatur. *Stillicidium lacrymarum* ex *labefactatione punctorum*, et *canalium lacrymalium* cognoscitur, 1.<sup>o</sup> dum puncta lacrymalia hiant; 2.<sup>o</sup> dum

pulvinaria plane madida fierent. Deerant omnia inflammationis circa oculos vestigia.

(98) BEER l. c. 2. Th. p. 43.

stimulo licet mechanico excitata sese contrahere recusant; 3.<sup>o</sup> dum lacrymarum per genas depluentium copia mediocris cernitur, et 4.<sup>o</sup> dum nasus lateris affecti siccitate plus minus laborat. Vitium istud ex anchilope erysipelacce, et ex blepharo, aut ophthalmoblenorrhoea originem nanciscitur. Quo ultimo in casu haud raro et membrana semilunaris adco relaxata invenitur, ut puncta lacrymalia inde e propria debita sede remota ad lacrymas, quo decet modo, suscipiendas imparia evadant. Oculorum malum, de quo agitur, debito regimine saepe sponte evanescit; quod si tarde locum haberet, confugiendum ad usum *solutionis* vel *lapidis divini*, vel *sulphatis ferri*, vel *boracis* in aqua *menthae piperitae*, superadditis *spiritu vini camphorato*, et *tinctura opii*, quae singula caulis pennae adaperti ope angulo oculi, decumbente aegro, instillantur.

*Xerophthalmus.*

8. *Xerophthalmus* oculi siccitatem significat. Malum istud plerumque ad reliquias ophthalmiarum traumaticarum, et blepharitidis impetiginosae spectat, quo ultimo in casu saepe *entropio* stipatur. Generatim xerophthalmus iste obliteratio, et destructioni ductuum nonnullorum excretiorum glandulae lacrymalis originem debere videtur. Datur vero et xeroph-

thalmus, qui ex *scirrho glandulae lacrymalis* originem trahere potest (99). Distinguitur unus ab altero ex eo, quod in xerophthalmia post ophthalmias superstite oculus debitam lacrymarum copiam non accipit, cacterum vero non plane siccus est: quod aeger sub motu oculi solummodo de sensu, ac si arena illi inspersa esset, conqueritur: quod incommodum istud a temperatura calida augetur: quod nasus lateris affecti siccus est: quodque cicatrix sub palpebra superiori versus angulum externum oculi conspicitur. Xerophthalmus iste temporis curriculo sponte evanescit, dum nempe ductus excretorii glandulae lacrymalis sani ita sensim sensimque dilatantur, ut reliquorum oblitorum, et destructorum vicibus fungi possint. Ne pharmacorum intempestivo usu tantum naturae conamen perturbemus! Ars enim nil hic praestare potest, quam interea oculorum siccitati infusionibus emollientibus prospicere. Mucilago seminum cydoniorum ob principium stypicum, quo instruitur (100), locum hic non invenit.

*Encanthis scirrhosa, et carcinomatosa.*

9. *Encanthis scirrhosa, et carcinomatosa*

(99) N. 3.

(100) SCHMIDT I. c. p. 62. BEER J. c. p. 48.

in caruncula lacrymali residet. *Scirrhos* praesertim tumorem carunculae durum, inaequalem, indolentem, ex pallido rubrum, nec non lacrymationem. Praesente *cancro*, caruncula inventur dura, ex livido rubra, dolens itidem cum lacrymatione. *Cancro* jam *adaperto*, caruncula ulcere fungoso cum marginibus induratis, elevatis, sanguinem, et saniem foetentem fundente, maximeque dolente detinetur; quod uleus rapide internam palpebrarum commissuram depascit, et ectropio palpebrae inferioris ansam dat. Terribile, de quo agitur, malum praesertim effectum blepharitidis scrophulosae, arthriticae syphilidi junctae sistit. *Scirrhos* carunculae lacrymalis citius, quam ille palpebrarum, in cancrum transire solet. Eo jam praesente, rarissime operatio cum fructu suscipitur, quae quoconque in casu insanabile lacrymarum stillicidium, et conspicuum ectropium palpebrae inferioris relinquere solet. De morbis organorum lacrymalium loqui haud desinamus, quin ad *concretiones calculosas* illis non minus quam viis urinalibus proprias attentionem trahamus (\*).

(\*) Legatur de hoc argumento (scilicet: *ub. d. steinigen Concretionen d. Thranenflussigkeit*) WALTHER in *Journ. d. Chir. u. Augenheilkunde*. I. B. St. 1820.

## CAPUT IV.

## DE MORBIS BULBI OCULI.



## §. XVII.

## VITIA CONFORMATIONIS. DIVISIO.

*Vitia conformatio-*

i. *Bulbi oculorum* in monstris defecisse sunt visi, testantibus SCHENN (1), BARTHOLINO (2), HALLER (3), ALIXIO (4), SPIELENBERGER (5), MALACARNE (6), SPRENGEL (7), HOFFMANN (8), FIELITZ (9), BOTIM (10), WEIDELE (11),

(1) Obs. med. L. I. de capite humano. obs. 251. p. 296.

(2) Hist. anatom. rarer. cent. I. hist. 55. T. I. p. 94. cent. III. hist. 47. T. II. p. 95.

(3) Opera argumenti anatomici minora. T. III. p. 23. opusc. patholog. p. 23. Museum Petropolitanum. T. I. p. 298. Act. crudit. Lips. an. 1726.

(4) Observat. chirurg. Fase. IV.

(5) Miscell. nat. Cur. Dec. I. an. 3. obs. 108.

(6) Salzb. med. chir. Zeitung. 1790. 2. B. p. 32. *Sistemi del corpo umano*. Padova 1803.

(7) REIL's Archiv. 5. B. p. 6.

(8) Zweite u. dritte Nachricht v. d. Anstalt f. arme Kranken in STARK's Archiv. 4. B. p. 700.

(9) RICHTERS Chirurg. Bibl. 5. B. p. 143.

(10) Mém. de l' Acad. des sciences 1721. Hist. p. 42.

KLINKOSCH (12) etc. Alias unus tantum aderat oculus (*cyclops*) observantibus ELLERO (13), BORRICHIO (14), PLOUCQUETO (15), COLLOMBIO (16), LEVEILLES (17), BORELLO (18), HEUERMANNO (19), GILIBERTO (20) etc. E contrario duo quandoque in una continebantur orbita (21). Nec desunt exempla hominum *oculis tribus* (22), *quatuorve* (23) praeditorum, vel oculorum *aliena* prorsus *loca* occupantium, ut

(11) HINLY u. SCHMIDT's *ophth. Bibl.* 3. B. 1. *St* p. 170.

(12) Progr. quo sect. et demonstr. indicit. etc. Prag. 1766.

(13) *Mém. de l'acad. R. des sc. de Berlin.* 1756. p. 112.

(14) BARTHOL. *Act. med. Hasfn.* 1671. Vol. I. obs. 93. p. 182.

(15) *Nova acta nat. cur.* 1791. T. VIII. obs. 7. Tab. V.

(16) *Oeuvres medic. chirurg. Lyon.* 1798. REIL's *Archiv für Physiologie.* 4. B. p. 213.

(17) *Phys. medic. Journ.* 1800. *Novemb.* p. 855.

(18) *Observat. phys. med. Cent.* 3. obs. 3.

(19) *Vermischte Bemerk. u. Untersuch. der ausub. Arzneywissenschaft.* Kop. 1765. 1. B. p. 315.

(20) *Sammel. prakt. Beob. u. Krankengeschichten.* p. 56.

(21) *Mém. de l'acad. des scienc. de Paris.* 1751. p. 49.

(22) LYCOSTHENES chron. prodig. et ostent. p. 663. SCHENK  
Obs. med. L. I. obs. 250. p. 297. ROWLEY *Abh. ub. vor-  
zuglichst Augenkrankh.* p. 220. VALLISNIERI *Historie v. d.  
Erzeugung d. Menschen und Thiere.* Lemg. 1739 p. 697.  
Tab. 6. SCHELHAFEN *Misc. nat. cur.* Dec. II. an. 3. obs. 156.  
p. 303. HEILAND hist. infantis monstruosi. Ainstel. 1677.

(23) LYCOSTHENES l. c. SCHENK l. c. PLANCUS: vide HALLER L.  
I. p. 75.

*occiput* (24), *pectus* (25), *scapulas* (26), *axillas* (27), *genu* (28). Hinc inde oculi extra orbitam pendent (29), *cornea* defieere videtur (30), *choroidea* revera deficit (31), ita *iris*, et *uvea* (32) in oculis utrisque diversi coloris (33). Praeterea *pupilla clausa* (membrana pupillari ultra octavum mensem perstante (34)),

- (24) PLINIUS hist. nat. L. IX. C. 52. BARTHOLINUS Hist. anat. rar. cent. III. hist. 7. T. II. p. 21.
- (25) FINCERIUS de miraculis nostri temporis.
- (26) SCHENK L. I. p. 25, 297.
- (27) SPIELENBERGER Misc. nat. cur. Dec. I. an. 3. obs. 108.
- (28) PARAEUS op. chirurg. p. 619.
- (29) BARTHOLINUS l. c. DENYS in LESKE's auserl. Abh. aus d. philos. Transact. 1. B. p. 3. LOSCHGE in ISENFLAMM's u. ROSENmüller's Beitr. f. d. Zergliederungsk. 1. B. p. 315.
- (30) KLINKOSCH progr. ad acad. an. 1766. Prag.
- (31) L. c. p. 7.
- (32) L. c. BUZZI in WEIGEL's Ital. Bibl. 4. B. 1. St. p. 57. DZONDI in Allgem. Literat. Zeitung. 1818. Febr. N. 31.
- (33) BORELL obs. cent. II. obs. 68.
- (34) WRISBERG de membrana foetus pupillari. §. 8. LITTRÉ mém. de l' acad. des sc. 1707 p. 659. WACHENDORF in Commerc. Liter. Norimb. 1740. hebd. XVIII. Mém. sur la membrane pupillaire et sur la formation du petit cercle artériel de l'iris p. Mr. CLOQUET. v. Nouv. Journ. de méd. T. II. Août 1818. p. 301. Cfr. PORTAL Cours d'anat. méd. Vol. 5. p. 581. et quelques considérations sur la membrane pupillaire etc. v. Journ. gén. de méd. T. II. Journ. 1819.

duplex (35), *lens crystallina* nulla (36), duplex (37), *nervi optici* contra normam evoluti (38) observabantur.

*Divisio.*

2. Ad morbos *bulbi oculi* quod spectat, occupant illi vel *superficiem externam*, vel ipsam *visceris cavitatem*, vel utraque loca simul. Singulorum germen, paucis concessis exceptionibus, in inflammatione, et illius reliquiis quaeri debet. Mirum hinc non est, omnes, qui ophthalmologiam explanarunt, praecipue doctrinac *ophthalmiae*, seu *ophthalmitidis*, (\*) incubuisse. Doctrinae istiusmodi specialis historia a TRNKA (39) tradita est. Qui praeter allatos a nobis auctores (40) serius accessere, passim, debitisque locis

(35) HALLER op. anatom. minor. T. III. p. 29.

(36) MORGAGNI Epist. LII. §. 3o. WALTER's *anat. Museum.* 1. B. p. 148. N. 295.

(37) JAENISIUS Misc. nat. cur. Dec. I. An. III. obs. 277.

(38) PROCHASKA annot. acad. T. III. p. 175. KLEIN monstr. quorund. deser. Stuttg. 1793. p. 16. NICOLAUS DI JANUA V. AGLIETTI CALDANI opusc. anatom. Pad. 1803.

(\*) Quamyis nomen *ophthalmitidis* accuratius designet *inflammationem oculorum*, quam illud *ophthalmiae*, attamen istud,uptote magis receptum, retinere volui.

(39) Histor. ophthalm. omnis aevi observata continens. Vindob. 1783.

(40) . II. §

commemorabuntur. Ad morbos *superficiei externae bulbi oculi*, revocari solebant *taraxis*, *ophthalmia proprie dicta*, et *chemosis*, eorumque *reliquiae*. *Morbis cavitatis oculi ipsius adnumerabantur phlegmone oculi*, seu *ophthalmia interna*, *hypopyon*, *hydropthalmus*, *cataracta*, *amaurosis*, *vitiaque visus*. *Taraxis* (41) levissimus dicebatur inflammationis gradus, rubore solum albugineae insignitus sine tumore, aut doloré: sub nominis *ophthalmiac* inflammationis superficialis oculi intelligebatur cum dolore, lucis intolerantia, et lacrymatione, at sine tumore. *Chemosis* supremus horum malorum gradus salutabatur cum humore conspicuo, febre, capitis dolore, vigiliis etc. Alii ophthalmitidem in *acutam*, et *chronicam* dividebant. Quoniam autem distinctio morbi in varios gradus, aut secundum illius curriculum divisioni ex ipsa *indole* aegritudinis petitae, subjici debet: morē potius recentiorum, et in primis BEERII nostri sequimur, quatenus inflammationem oculi in *ophthalmiam traumaticam*, *erysipelaceam*, *rheumaticam*, *inflammatoriam*, *gastricam*, *arthriticam*, *periodicam*, *exanthematicam*, *scrophulosam*, *venereum*, *scorbuticam*, *plico-*

(41) Oculorum perturbatio dicitur *SAUVAGESIO* secundum *GALENUM* (*Epidem. HIPPOCRIT. L. VI.*).

*sam, complicatam, et consensualē dividunt* (42). Antequam vero ad morbos bulbi oculi, eorumque multipliēs reliquias considerandā perveniamus, prius de *inflammatione orbitae* disserendum.

### §. XVIII.

#### INFLAMMATIO ORBITAE.

##### *Descriptio.*

I. Incipit iste morbus cum dolore obtuso, profundo, in universo orbitae ambitu evoluto, quem aeger in ipso oculo percipere autumat, et de quo obscure tantum rationem reddere solet, c. c. asserendo; se ad legendū, et ad mentis intentionem imparem esse, aut hemi-crana laborare. Morbo solum *periosteum orbitae* detinente (43), vix alia praeter allata symptomata in conspectum véniant. Seclus autem, si textum cellulosum orbitae (44) aggrediatur. Tunc enim, crescente dolore, motus bulbi

(42) Docente Omodei (in opere infra citando) et *ophthalmia datur typhodes*. Posse reliquias ophthalmias indolem typhodem inducere, minime dubito: dubito autem vehementer, dari genuinum typhum *specifica oculorum iussflammatione stipatum*.

(43) DEMOURS I. c. Vol. I. p. 91.

(44) Idem, ibidem. p. 93.

oculi arcetur, ac tandem plane tollitur. Videatur aegroto, visceris in orbita contenti volumen orbitae excedere capacitatem. Bulbus oculi sub augmento dolorum sensim sensimque ex orbita protruditur (*exophthalmos*). Dolet ille ab attactu, et videndi facultas perimitur. Examinato oculo, quin fissura palpebrarum rite dirimatur, volumen illius auctum esse arbitramur, quod ineipiente morbo falsum est; oculi enim bulbus tunc solum volumine crescit, dum jam cavitas illius ab inflammatione corripitur, quo facto, caccitas absoluta, et immobilitas iridis prodeunt, orta evolutione morbosa lucis (*photopsia*). Interca et sclerotica rubere incipit, ac iris proprium colorem amittit (45), camera oculi anterior minor evadit, pupilla fere clauditur, ac tandem palpebrae tumore rubroprehensae immobiles protrusum cooperiunt oculum. Quibus omnibus contingentibus, febris quam maxime urget, atque aeger prius capitis dolore excruciatus in delirium circa objecta lucida, flammea versans conjicitur. Inflammatione ad membranas encephali propagata, aeger mori potest. Alias perducto ad extremum morbo, cessanteque delirio, aeger dolorem obtusum,

(45) Si iris fuerit coerulea aut grisea, viridescit, si brunnea, rubet.

gravativum, socio sensu frigoris in oculo, accusat, et quandoque universalis horror aegrum aggreditur. Membrana conjunctiva in tumorem mollem, rubellum uno, aut plurimis in locis superficie oculi externae elevata totidem puneta alba suppurrata exhibet. In genere, probe examinata parte affecta, fluetuatio puris inter bulbum oculi, et orbitam collecti percipitur. Pure in una tantum hujus spatii parte collecto, bulbus oculi oblique protruditur. Praesente suppuratione in orbita, quandoque *metastaseos* effectu (46), palpebrae, in primis illarum inferior, oedematosae fiunt, accendentibus febris hecticae symptomatibus (47). Medela neglecta, suppurratio membranas cerebri attingit, vel pus in orbita generatum, praevia carie, ad encephalum, plerumque prope sellam turcicam sibi viam parat, vel oculum, (et feliciori in casu haud conservandum), nec non ossa orbitae destruit. Et *hydrops orbitae* observatus est (48). *Caussae* inflammationis orbitae obscurae sunt. Phlogosis, quae periosteum attingit, infantibus familiaris, saepe repentinae cessationi irritationis habitualis a pediculis productae adscribenda est (\*); alias

(46) DEMOURS I. c. p. 93. Tab. LVI. fig. 1.

(47) P. I. Vol. I.

(48) *Philos. Transactions.* Vol. XLIX. P. I. p. 18.

(\*) DEMOURS I. c. p. 92. « Ce qu'il y a de certain, c'est,

rheuma , scrophula , et syphilis , praecipue exostoses orbitae accusandae sunt.

*Cura.*

2. In primo inflammationis limine salus in methodo antiphlogistica universali , et locali viriliter adhibita quaerenda. Fracto morbi acuti impetu , vitium rheumaticum , scrophulosum , syphiliticum , aut aliud , sicuti in ophthalmiis docebitur , aggrediendum , aut irritatio partis capillatae capitis restituenda. Evanida resolutio- nis spe , suppurationis ope cataplasmatis emollientis promovenda. Quoniam vero continua illorum applicatio partes vicinas excalafacit , cutimque fere macerat , noctu *emplastrum diachylon simplex* parti affectae admovendum. Fluctuatio evidens , ut culter secundum regulas chirurgiae (49) admoveatur , invitat. Vulnus ope turundac *laudano liquido SYDENHAMI* imbutae aper- tum tenetur. Interea diaeta nutriens , decoctum cinchonac , aliaque in suppurationibus commen- data minime negligenda sunt (50). Caries in- jectiones *solutionis assae foetidae* , et *myrrhae* exposcit.

*que très-souvent la disparition subite , même spontanée de ces insectes , donne lieu à des phlegmasies de l'oeil , qui , chez les enfants , se manifestent particulièrement aux parties extérieures de cet organe » . (Obs. 14.).*

(49) BEER op. c. 1. B. p. 348.

(50) P. I. Vol. I. appendix.

## §. XIX.

## OPHTHALMIA TRAUMATICA.

*Definitio.*

1. Ophthalmitis, quae laesioni oculi a caussa externa sive mechanice (51), sive chemicæ (52), sive modo mixto (53) agente originem debet, nomine generali *traumaticæ* salutatur.

*Symptomata.*

2. Pro varia indole, et vi caussæ oculis infensæ, et pro varia constitutione hominis illi expositi, varia oriuntur *ophthalmitidis traumaticæ* symptomata. Enim vero morbus formam nunc *taraxeos*, nunc *ophthalmiae* proprie dictæ, nunc *chemoseos*, nunc *phlegmone oculi*, nunc ambo-rum simul induit. En hujus mali complicati imaginem! Laeso vehementer oculo, dolor saevus, tensivus non solum ad partem affectam, sed ad fundum orbitæ usque percipitur. Illico rubor album oculi perfundit. Sclerotica primum rete vasorum sanguiferorum exhibet, quod, accedente conjunctivæ tumore, et rubore, illico abscon-

(51) E. c. per puncturam acus.

(52) Per calcem vivam.

(53) Per festucam ferri candardis.

ditur. Haec ipsa membrana circa corneam, veluti vallum duram, attactum responentem elevatur. Cornea sub tumore isto ita sepulta jacet, ut solnm centrum illius in conspectum veniat. Pupilla admodum angusta, iris immobilis, et colore sive viridi, sive rubro comparet. Deleto visu, lux morbosa evolvitur, ac imagines lucidae coram oculis versantur. Quivis oculi motus cruciatus exacerbat, donec bulbus movendi facultate orbatus, tumens, totamque adimplens orbitam, vcluti moles carnis crudae inter palpebrarum fissuram appetat. Nunc et palpebrae (nisi jam ab initio a caussa bulbo oculi infensa simul laesae fuerint) inflammatione corripiuntur, quarum inferior extus propellitur. Secretione lacrymarum, et sebi deleta, partes affectae arescunt. Quorum malorum sub curriculo febris vehementissima, quandoque cum delirio, et vomitu citius ocyus evolvitur. Jam vero, perducto ad extremum morbo, in primis neglecto, frigus ingruit. Tumor conjunctivae obscure rubentis, et madidae augetur, molliorque fit. Corneae pars, quae in sensus cadit, albescit, flavet (54). Palpebra superior rubore livido notatur. Dolor evadit pulsans, ac circa oculum sensus frigoris, in ipsa autem orbita pondus intolerabile per-

(54) BEER op. e. 1. Th. Tab. I. fig. 2.

cipiuntur. Rebus hue perductis, sub fragore ab adstantibus interdum perceptibili rumpitur oculus (*rhexis, rhegma oculi*), atque pus cruxi, et reliquiis lentis, ac corporis vitrei mixtum ad passus quandoque distantiam ejaculatur. Dolor nunc in sensum ingratum ardoris commutatur, ac, continuante suppuratione, quod de bulbo remanebat consumitur, orbita vacua reddita. Quodsi inflamatio, de qua agitur, ad summum perducta male curetur, suppurationis loco *gangraena* non sine vitae discrimine expectanda.

### *Caussae.*

3. *Caussis ophthalmiae traumaticae adnumeramus: 1.<sup>o</sup> corpora peregrina vel oculis illapsa*, ut cilia (praeter *trichiasin*, et *distichiasin*), crines, arena, appludae seminum milii (55), *nicotiana*, *piper*, *festucae sacchari*, *glaciei*, *insecta*, aut eorum alae, crustae inipe-tiginosae, vel *oculis consulto immissa*, ut lapides cancerorum, *margaritae* scopo lacrymas eliciendi, ac corpus extraneum abluendi; 2.<sup>o</sup> *res oculos ferientes*, ut vulnera accidentalia per cuspides cultri, ensis, subulae, acus, festucas

(55) In aviariis per afflatum expurgandis. DEMOURS. Op. c. T. I. p. 218.

vitreas, metallicas (56), calami scriptorii, unguium, naueorum, aut ope instrumentorum ophthalmicorum excitata; 3.<sup>o</sup> *res oculos erodentes*, c. c. vapores (hydrosulphuretum ammoniae) e latrinis ascendentibus (57): 4.<sup>o</sup> *contusiones* a baeulis, tubulis fictilibus, verutis gladiatoriis, globis sphaeristerii, ictus pugnorum, digitorum, in primis annulis munitorum, flagelli, caudae equinae; 5.<sup>o</sup> *ambustiones* culpa flammeae ipsius, palveris pyrii, aquae, olei, axungiae, cerae sigillatoriae sub actu ebullitionis, lixivii eaustici, ealcis vivae, eaementi, lapidis infernalnis, acidorum mineralium coneentratorum, festuearum metallorum cendentium; 6.<sup>o</sup> *erosiones* a sinape, oleis essentialibus, fumo (58), morpionibus, eartharidibus: porro ictus apum, aliorumque animalium.

*Diagnosis.*

4. Commendari satis non potest, ut quacumque in ophthalmia, praeceipue si ea in uno

(56) E c. ferri super corneam, et ad faciem internam palpebrae superioris, v. DEMOURS op. c. Tab. XXI. fig. 3. antimonii op. c T. I. p. 221.

(57) DUPUYTREN v. Dict. des sc. méd. T. XVII. p. 521. art. de Mr. Nysten. Ophthalmiae species hac ex causa orta galice *la mite* dicitur.

(58) Vulgus in Lithuania, candelarum loco, saepe lignis ardentibus utitur (*laczyna*) quorum fumus ophthalmis gravibus ansam porrigit.

dumtaxat oculo obveniat, inquiratur, num forte corpus extraneum sub palpebris lateat, aut violentia cæxterna bulbo infensa praegressa sit; de quo argumento memorabilia WEISSENBORN scripsit (59). Examen istud oculorum secundum regulas artis, ad lectos aëgrorum tradendas, et cum minimo irritamento absolvendum est. Quam ardua talis exploratio apud infantes, et homines blepharospasmo laborantes evadat, experti dicant. Interea non omnis mox irritatio *transitoria* oculi a corpore extraneo producta, ob id, quod rubore, et lacrymatione insignitur, pro ophthalmite traumatica declaranda est. Ab ophthalmite quoque *ecchymosis oculorum* distinguenda, quatenus a contusionibus, a nisu in ponderibus elevandis, alvo deponenda, sub partu difficiili, tussi, vomitu, ejulatu etc. contingit. Corpora extranea minoris momenti oculis illapsa plerumque in fossa lacrymali, retro marginem palpebrarum, aut quo loco conjunctiva palpebrarum in eam bulbi desinit, sita inveniuntur. Cuspides utplurimum inter conjunctivam, et sclerotica, aut corneam, vel inter hujus lamellas infixae haerent. Appludae seminum

(59) Ueb. e. oft unbemerkte ausserl. Ursache, sowohl d. Augenentzündungen, als d. Hornhautgeschwure u. der daher entstand. Blindheit. Erf. 1789.

mili i saepe conjunctivae insiguntur, ac abscessus, cuius maturatio incassum expectatur, formam exhibent (60). Contusiones, et in primis illae, quae ab ictu caudae equinae, aut flagelli orinuntur, haud raro iridem vel totam, vel ex parte a processibus ciliaribus avellunt, ac amaurosis inducunt (61). Effusio sanguinis in camera oculi explorationem exactam partium affectarum saepe impossibilem reddit.

*Prognosis.*

5. *Ab ophthalmia traumatica* relinqui queunt: *paralysis muscularum bulbi oculi* (*ophthalmoplegia*), *luscitas*, *corrugatio*, *exulceratio corneae*, *cataractae*, praeceps illae, quae *capsulo-lenticularis*, *arborescens*, *tremula*; *arida*, *siliquata*, *membranacea*, *natalis*, *cretacea* dicuntur: porro *jactura humoris vitrei*, *glaucoma*, et *amaurosis*. *Prognosis* ophthalmiae traumaticae ipsius generatim desumitur a nobilitate majori, minorive partium laesarum, a vi,

(60) DEMOURS l. c. v. Tab. XXI fig. 3.

(61) Tale exemplum Viennae die 3 jul. 1817 in judaco vidi.

Vir iste jussui militis politiac rebellis ab illo ictum baculi super oculum dextrum accepit. Mox iridis pars superior a processibus ciliaribus avellebatur. Perducto aegro ad clinicum ophthalmicum, membranula illa instar veli in oculo pendebat, relicto superius foramine veluti pupilla artificialis. Aderat simul amaurosis.

et diuturnitate morbi, ab indole caussae illum  
inducentis, nec non a praevio aegri statu. Com-  
pertum enim est, valetudinarium, praecipue scro-  
phulosum, arthriticum, venereum, plicosum,  
et senem a minoribus licet caassis oculum lae-  
dentibus gravius affligi, quam hominem sanum,  
et juvenem a maximis violentiis illis illatis. Dum-  
modo enim hoc in casu *nexus* partium oculum  
componentium servetur, et nervorum, praeci-  
pne superorbitalium (62), et opticorum vis non  
admodum frangatur (quod vix post contusiones  
sperandum), natura, nisi semper ad visum con-  
servandum, saltem ad deformitatem evitandam,  
miracula operatur.

*Cura.*

6. Sequitur inde, in *ophthalmitide trauma-  
tica* curanda multum naturae tribuendum esse.  
Hoc autem non impedit, quominus et sequentes  
*indicaciones* locum obtineant: 1.<sup>o</sup> caussam morbi,  
quousque fieri potest, removendi; 2.<sup>o</sup> effectus il-  
lius temperandi; 3.<sup>o</sup> partiumque affectarum, ut-  
pote post morbum labefactatarum vim restituendii.  
*Primae indicationi* prudenter, ne scilicet  
oculus, aut plus quam par est, aut incassum ir-

(62) PLATNER de vulneribus superciliis illatis, cur coecitatem  
inferant, ad locum HIPPOCRATIS programma vide opusc. T.  
II. p. 166. Lips. 1749.

ritetur, satisfaciendum. Si contractio spasmodica palpebrarum necessariae oculi apertioni obstaret, scias quiete, et obscuritate plus quam vi, et luce ad eas a se invicem abducendas effici. Quodsi tamen blepharospasmus peculiariter rebellis foret, *cataplasma* ex mica panis albidi, lacte, et croco addito, si requiratur, et *laudano liquido* SYDENHAMI, aut *herba hyoscyami nigri* palpebris admovendum, cavendumque, ne frigescat. In aegris valde sensilibus *narcotica* et intus adhibenda. Soluto blepharospasmo, dígitis medici palpebra superiore sursum traeta, ac illius jussu bulbo deorsum conspiciente, aut palpebra inferiore detracta, et bulbo sursum voluto, *cilium* illapsum ope madefactae spongiae, strophioli, vel penicilli detergitur: *capillus*, *aculeus insecti* ope tenaculae ophthalmicae (63) lente extrahuntur: *lapides cancrorum*, et *margaritae*, palpebram superiorem digito ab angulo externo ad internum versus leniter perfricando ad carunculam lacrymalem perducuntur, quo facto vel sponte cadunt, vel facile abigi queunt, quod, si ob angustiam fissurae palpebrarum, et bulbum valde prominentem hand liceret, elevata palpebra superiore ope pollicis, et dígitii indicis, eaque a bulbo deorsum conspiciente

(63) BEER op. c. 1. *Th. Instrumententafel 1. Bild.*

retracta, cochlear parvulum DAVIELIS (64) in spatium inde emergens alte versus angulum externum orbitae introducendum, atque, facto cum hoc instrumento arcu, versus angulum nasalem corpus extraneum probe firmatum expellendum foret. *Arena*, *nicotiana*, *piper*, *crustae impetiginosae*, *insecta mollia*, *cantharides* vel lavatione oculi, vel instillatione lactis, facillime vero injectione illius ope syringae subtilis sub palpebra ad angulum externum orbitae applicitae eliminantur. Relicto forte illarum rerum frustulo uno alterove, id per penicillum prius butyro recenti immissum detergi debet. *Saccharum*, aut *glacies* oculis illapsa a lacrymis sponte solvi solent. Si corpora duriora, ut *cuspides calami scriptorii*, *insecta alis duris instructa* etc. sub palpebris lateant, a frictione earum abstinehdum, ne corpora illa oculos magis adhuc laedant. Plerumque in fovea, quam sibi in cornea, vel in sclerotica pararunt, jacent, ex qua *specilli complanati* (65) ope sublevantur. *Lapides*, et *festucae metallicae* jam profundius in ipsas oculi membranas insinuantur, unde prius tenaculo firmandae, et forfice cum cellulosa annexa exscindi debent. Dum in-

(64) L. c. 2. Th. Instrumententafel.

(65) BEER op. c. Erste Instrumententafel. 2. Bild.

ter conjunctivam , et scleroticam reconditae sunt , prima harum membrana lanceolae ope usque ad corps extraneūm incidenda , hocque denudatum , ut docuimus , firmandum , et exscindendum . Corpore extraneo duro inter lamellas haerente , *scalpellum* , quod ad destructionem capsulae sub cataractae operatione inservit (66) , adhibendum est . Corpusculum mollius acu simplici operationi cataractae dicata abigitur . Caveas vero hic a perforatione cornae , cuius membranae inter lamellas cum instrumento oblique ad latera , et sub corpuseculo extraneo cantissime perveniendum est . *Festucis vitreis* membranis oculi infixis , utpote quae visum fugiant , specillo flexili ex osse balaenae sedes earum probe exploranda , deinde unum post alternum , ut docuimus , tenaculo firmandum , et forfice exscindendum . Si *festucae metallicae* membranis oculis inhaereant , superficies illarum mox rubiginē obducitur , unde , remotis solidis partibus metallicis , non quiescendum , donec et reicta in vulnusculo rubigo removeatur , quae alias certissime illius sanationi obstaret . *Culce viva* oculo inhaerente , a lavatione abstinendum , et ad penicillum bntyro intinctum confugi debet . *Morpiones* unguento mercuriali penicillo

(66) Idem , ibidem . 2. Th. *Instrumententafel.*

suscepto attinguntur, detergunturque. De cura *vulnerum oculorum*, quatenus de argumento plane chirurgico non agimus, pervenimusque ad *indicationem secundam*. Consistit ea ex *inflammationis vi infringenda*, et, si hoc amplius obtineri nequeat, in *suppuratione dirigenda*. Quamobrem, nisi irritatio oculi, extracto corpore extraneo, paullo post sponte cesseret, et eo magis, si, frustrato extractionis conamine, inflammationis periculum crescat, aut ipsa inflammatio jam omnibus numeris absoluta saeviat, ad *methodum antiphlogisticam* deveniendum. In aegroto juvēni, plethorico, et quocumque in alio, praesente febre, in primis si inflammatio in oculi cavitatem penetraverit, abundans *venaesectio* e pede lateris affecti instituenda. Peracta venæsectione, vel in minori malo directe ad *hirudines* configiendum modo jam indicato (67) applicandas. Quo recentior morbus quoque minus dolens (68), eo securius oculo *aqua frigida pura* linteorum subtiliorum ope admovetur. Quin immo leviori in malo praccipuum ea hic constituit auxilium. Licet illi guttas nonnullas

(67) §. V. N. 5.

(68) « *Calida* oculis convenit, doloribus, suppurationibus, lacrymis mordacibus, siccis omnibus; *frigida* doloris exortibus, valde rubicundis ». HIPPocrates ac humidorum usu.

*acetatis plumbi liquidi* superaddere. Praeterea lux avertenda , cui scopo , praeter fenestrarum velamenta , pro re nata inserviunt *umbraculum viridis coloris* frontem aegri cingens , vel *frustula linteorum* iidem fronti alligata, ac super ambos oculos , licet unus tantum affectus sit , pendula. Fascia , aliaque velamenta super oculos gravescentia cane , et angue magis fugienda. Diaeta requiritur eo tenuior , quo fortior , quoque profundior inflammatio. Pro potu aqua , in primis succis vegetabilibus subacidis mixta eligenda. Praeterea *quies corporis*, et animi requiruntur. Nec *lenibus alvum evacuantibus* , *clysteribus* , et maxime *nitrati potassae* parcendum. Quibus singulis in auxiliis administrandis eosque continuamus , donec vel morbus plane *sanatus* sit , vel in *suppurationem* transiverit , vel chronicus factus sit. Quoad *suppurationem* , cave , ne eam ex sola *apparitione lymphae coagulabilis* revera inceptam credas , de quo argumento in paragrapho de *hypopyo fusius* quaestio erit. Confirmata autem *suppuratione* , nisi partes abscessui vicinae adhuc passione inflammatoria detineantur , *diaeta* minus severa concedenda , *obscuritas* imminuenda , fomentationes frigidae cum *calore sicco* commutandae , qui calor ope linteorum primum simplicium , dein *camphora rasa* adspersorum ,

tandem ope sacculorum *herbis aromaticis* repletorum fronti appensorum admoveri solet. Interea fatemur, maximam aegrorum partem a fomentis istis siccis nimis irritari, ac nihil hic *cataplasmati ex pulpa pomorum confecto*, et tepide palpebris admoto palmam eripere. Bulbo oculi abscessulis affecto decoctum *herbae malvae rotundifoliae* cum *opio* tepide instillandum. Cura *abscessorum ruptorum* infra (69) tradetur. Quodsi quadam oculi in parte *abscessus formalis* oriatur, isque jam matus adeo profunde lateat, ut ruptura spontanea sine detrimento expectari nequeat, ad lanceolam recurrendum (70). Quousque suppuratione viget, a remediis causticis caveas. E contrario languentes aegri vires *diaeta congrua*, et *pharmacis tonicis*, praesertim *cortice cinchonae* sustinendae sunt. Aegro quadam labe imbuto, ad methodum specificam illi accommodatam recurrendum.

(69) §. XXVI. N. 6.

(70) BEER op. c. 1. Th. p. 253.

## §. XX.

## OPHTHALMIA ERYSIPELACEA, ET RHEUMATICA.

*Symptomata ophthalmiae erysipelaceae.*

1. *Ophthalmia erysipelacea* orditur a sensu tensionis oculi cum colore ex roseo pallido conjunctivae, quae membrana tumores vesiculares flavescentes, rubros, praesertim circa corneam exhibet. Sub motu palpebrarum (non sine dolore locum habente) tumor variam induit formam, ac inter palpebras protruditur. Ad apertis oculis, lucem vix ferentibus, aeger flere videtur; enim vero lacrymarum secretio plerumque aucta est. Crescit dein rubor conjunctivae maculis profunde rubris (*ecchymomatibus*) notatae (71). Cujus membranae inter tumores mucus albus reperitur corneam obducens, obfuscans, facile detergendus. Saepe palpebrae plus minus in consensum trahuntur. Tandem conjunctivae rubor, perstantibus sat diu ecchymomatibus, flavescere, tumorque illius decrescere incipit. Nihilominus nexus debitus conjunctivae cum sclerotica tarde tantum restitui solet, unde

(71) BEER op. c. 1. Th. Tab. I. fig. 3. DEMOURS op. c. Tab. XXII. fig. 1.

in senibus haud raro via ad *pterygium* (72), sternitur.

*Symptomata ophthalmiae rheumaticae.*

2. *Ophthalmia rheumatica* (73) dolore pungente, distendente oculi, partiumque vicinarum, ab aëre calido invalescente cum lucis intolerantia, et lacrymatione incipit. Conjunctiva rete vasorum sanguiferorum veluti arte injectorum refert, sub quo sclerotica roseo notata colore translucet. Decrescente lucis intolerantia, lacrymatio, et dolor jam ad cranium extensus augentur. Cornea, aut potius lamina conjunctivae eam cooperiens obfuscatur, ac superficies oculi, praesertim in locis, ubi vasa sanguinea maxime turgent, *phlyctaenas* exhibit. Phlyctaenae hujusmodi adhuc clausae, si a latere conspiciantur, conicam praeseferunt figuram. Disruptae phlyctaenae, coitate dolore ardente, pungente, sat conspicuo in *ulcuscula* potius serpentia, quam penetrantia nunc ichorosa, nuncque purulenta mutantur. Ulcuscula ista, alias rebellia sub debita medela cum reliquis inflammationis symptomatibus, nulla relicta cicatrice, evanescunt. Attamen cornea, quo loco ulcusculis notata erat,

(72) §. XXXI N. 7.

(73) Ophthalmia serosa, humida *auctor*. Cfr. WARDROP in *medico-chir. transact.* Vol. X. P. I. 1819.

saepe sat diu *foveas prismaticas* retinet, tamen tractu temporis, nisi aeger admodum annosus fuerit, evanituras.

*Caussae.*

3. *Caussae ophthalmitidis erysipelaceae, et rheumaticae, saepe epidemicae* (74) ab iis blepharitidis erysipelaceae, et catarrhalis (75) haud differunt. Nemo illas HIPPOCRATE (76) accuratius indicavit.

*Diagnosis.*

4. Nec aliter *ophthalmia erysipelacea a rheumatica*, quam *sede* discrepat. Enim vero *ophthalmia erysipelacea* maxime *conjunctivam; rheumatica* magis *corneam, et scleroticam* detinet. Verbo eadem circiter ratio inter eas exstat, uti inter *erysipelas, et rheumatismum acutum.*

*Prognosis.*

5. *Ophthalmia erysipelacea* in hominibus caeterum sanis aëris intemperiem fugientibus

(74) DEMOURS op. c. T. I. p. 212. pulchre epidemiarum hujus generis rationem reddit.

(75) §. V. N. 2. §. VI. N. 2.

(76) «Si vero hyems australis, et pluviosa, ac clemens fiat: ver autem siccum, et aquilonare, et lippitudines siccæ fiunt. Aphor. sect. III. aph. 12». Si vero aquilonaris, et aquarum exors autumnus fuerit, fient lippitudines siccac». Aph. 14.

sine omni discrimine occurrit, ac plerumque sponte evanescit. E contrario aegro valetudinario, valdeque irritabili, aut in atmosphaera inquinata, humida, frigida habitante, morbus in ophthalmitidem illam summe inflammatoriam, et periculosam transire potest, quam sub nominibus *ophthalmoblenorrhoeae* et *chemoseos* descripturi sumus. Quin immo et *cavitas oculi* quandoque periclitatur. Haec singula et de *ophthalmia rheumatica* valent, potissimum si ea in arthriticis, aut syphiliticis evolvatur. In genere ophthalmia rheumatica ob. *maculas corneae*, et ob *ulcuscula*, quibus praesertim in scrophulosis ansam porrigit, timenda est; relicitis enim vel *macula corneae*, vel *cicatrice*, vel *fovea prismatica*, haec, si pupillae respondent, *visus sive interceptio*, sive *duplicitas* expectari debent.

### *Cura.*

6. *Cura ophthalmiae erysipelaceae, et rheumaticae* illi blepharitidis erysipelaceac, et catarrhalis (77) omni sub respectu similis est. Provectioni in morbo, si dolor valde urgeat, *opium* a granis sex ad duodecim in saliva aegri solutum regioni supraorbitali illiniendum. Exhausto jam regimine antiphlogistico, ad *ca-*

(77) §. V. N. 5. §. VI. N. 5.

*lorem siccum* recurre. Ne vero ab eo quid expectes, si jam ulcuscula externam oculi superficiem defoedent; tunc enim *solutio lapidis divini* tepide instillanda, et alternatim ad *sacculos* cum *herbis aromaticis*, addita serius et *camphora*, recurrentum. Phlyctaenis adhuc clausis *decoctum malvae* cum *opio* opponitur.

## §. XXI.

### OPHTHALMIA INFLAMMATORIA.

#### *Notio.*

1. Ex blepharitide catarrhali (78), et ex ophthalmia erysipelacea, nec non rheumatica (79), dum negliguntur, aut male curantur, vel etiam immediate inflammatio externae superficie oculi adeo saeva oriri potest, ut visus brevissimo temporis spatio summopere periclitetur. Inflammatio istiusmodi, prout vel *lymphae coagulabilis copiosa secretionem*, vel *tumore phlegmonoso sicco membranarum externarum oculi stipetur*, aut *ophthalmo-blennorrhoeae*, aut *chemoseos obtinet nomina*. Cum vero diathesis inflammatoria non solum superficie externae oculi, sed et

(78) §. VI.

(79) §. XX.

cavitati illius infensa sit; præter ophthalmoblenorrhœam, ac chemosin et *phlegmone oculi*, seu *ophthalmitis interna* considerandæ sunt. De singulis speciatim.

*Ophthalmoblenorrhœa.*

2. *Ophthalmoblenorrhœa* terribilis ille est morbus, qui tot strages in Aegypto (\*) in exercitibus (80), ac in *orphanotrophis* edit, et de quo scripsere GOETZ (81), STRATINGH (82), DREYSIG (83), LARRY (84), ASSALINI (85), BRUANT (86), LUDOVICUS FRANK (87), HELLING (88),

(\*) PROSPER ALPINUS de medicina Aegyptiorum. Lugd. Bat. 1718. C. VII. Lib. p. 22, aliisque mox citandi.

(80) *Aegypti, Malthae, Siciliae, Angliae*, ipsius denique *Germaniae*. Cfr. RUST in HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilkunde*. 1820 1. St. p. 107.

(81) De ophthalmia infantum recens natorum. Jen. 1791.

(82) Diss. de ophthalmia recens natorum. Erford. 1793.

(83) Diss. de ophthalmia neonatorum. Groening. 1798.

(84) *Relation sur l'expédition d'Egypte sect. I. v. Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte*. 21. B. 4. St. p. 473. 22. B. 1. St. p. 42.

(85) *Observat. sur la maladie appellée peste, et l'ophthalmie d'Egypte*. Paris. 1801.

(86) DESGENETTES *histoire médicale de l'armée d'orient*. Paris 1802. Part. 2.

(87) *Opuscules de médecine pratique*. N. 8. De peste, dysenteria, et ophthalmia Aegyptiaca. Vindob. 1820.

GIBSON (89), VECHT (90), LAVERINI (91), WARE (92), THOMAS (93), FARREL (94), LANG (95), REIL (96), SCHAEFFER (97), M. GREGOR (98), EDMONSTONE (99), BALZ (100), WEINHOLD (1),

(88) *Beobachtungen ub. d. im letztern Feldzuge 1813 1814. epidemisch gewordene Augenkrankheit.* Berlin 1815.

(89) *On the common cause of the puriform ophthalmia of newborn children.* v. Edinb. med. chir. Journ. 1807. Vol. III p. 159.

(90) *An account of the ophthalmia, which has appeared in England since the return of the british Army from Egypt.* Lond. 1807 A. d. E. ubers. v. MICHAELIS. Berlin 1817.

(91) *Relation d'une ophthalmie inflammatoire, épidémique et contagieuse, qui a regnée à Vicence pendant le cours de 1808.*

(92) *Remarks on the purulent ophthalmia.* Lond. 1809.

(93) *Observations on the Egyptian ophthalmia and ophthalmia purulenta.* Lond. 1809.

(94) *Observations on the ophthalmia and its consequences.* London. 1811.

(95) *Diss. de blepharophthalmia recens natorum.* Vilnae. 1812.

(96) *Memorabilia clinica.* Vol. I. fasc. I. p. 106.

(97) *Von der Eyterung d. Augenliederdrusen.* v. Samml. außerl. Abhandl. f. pr. Aerzte. 14 B p. 75.

(98) *Transactions of a Society for the improvement of medical and chirurgical knowledge.* Vol. 3.

(99) *Treatise on the varieties and consequences of ophthalmia.*

LEEHMANN (2), OMODEI (3), MONGIARDINI (\*), CIMBA (\*\*), VASANI (\*\*\*) , KLUYSKEN (\*1), RUST (\*2), GUNTHER (\*3), VALENTIN (\*4). Ophthalmoblenorrhoea ex blepharitide catarrhalis originem ducente (*blepharo-ophthalmo-blenorrhoea*), ad acmen perducta blepharitide, inflammatio a conjunctiva palpebrarum conjunc-

(100) *Die Augenentzündung unter den Truppen in d. Kriegsjahren 1813 1815 oder Ophthalmia catarrhalis bellica.*  
Berlin 1816.

(1) *Ueber eine der Aegyptischen Ophthalmie ähnliche epidemische Augenkrankheit.* Dresden. 1815.

(2) *Behandlung der Augenentzündung in den Feldzügen 1815*  
Leipz. 1816.

(3) *Cenni sull' ottalmia d' Egitto, e sulla propagazione in Italia.* Milano 1816.

(\*) *Memorie della Soc. d' Emulazione di Genova.* Vol. 1. 2.  
1802.

(\*\*) *Discorsi ed osservaz. pratiche.* P. I. Genova 1816.

(\*\*\*) *Storia dell' ottalmia contagiosa dello spedale militare d' Ancona.* Verona. 1816.

(\*1) *Diss. sur l' ophthalmie contagieuse, qui regne dans quelques bataillons de l' armée des Pays-Bas, à Gand* 1819.

(\*2) *Die Aegyptische Augenentzündung unter d. K. Preuss. Besatzung in Mainz.* Berlin 1820.

(\*3) *HILMY Bibl. f. Ophthalmologie.* 1. B. 1. St p. 39. 2. St.  
p. 207.

(\*4) *Notice sur l' ophthalmie épidémique dans la garnison pruss. à Mayence.* In *Journ. de méd. franc. et étrangère.* 1820. Janvier p. 132.

tivae oculi, indeque cornac, et scleroticae communicatur. Ophthalmo-blennorrhoea vero ex *ophthalmia erysipelacea*, et *rheumatica* oborta nūl amplius quam expansio ad corneam, ac major in conjunctiva oculi, et scleroticae inflammationis gradus requiruntur. Qui maximus membranarum singularum superficiem externam oculi componentium inflammationis gradus et immedia-te nasci potest. Quocumque in casu ophthalmoblennorrhoea cum tumore oculi, mox unius, dein et alterius, ex molli subelastico, levigato, facileque sanguinem fundente incipit. Paullo post tumor ille sarcomatosani induit indolem. Interea mucus pri-mum albicans, tenuis, lympha dein coagulabilis, quandoque striis cruentis notata, vel etiam ichor loturae carnis similis sub conatu palpebras aperiendi cum vi prosilit, genasque haud raro inundat. Nisi morbus in palpebris jam originem habuerit, propagatur nunc et ad conjunctivam eas oblucentem. Qua de caussa palpebrae pars interna substantiam villosam, et fungosam exhibere solet intestini recti tunicae villosae fere similem. Aliquando sub clamoribus infantum, vel sub incauto conatu oculos aperiendi palpebrae ad exteriora invertuntur (*ectropium*), atque, nisi illico reponantur, hac in positione minent constrictae. Et palpebrarum superficies exterior rubore profundo sub ejulatu infantis

livido perfunditur. Saepe genae, saccus lacrymalis, et nasus intumescunt. Ex oculo haud raro haemorrhagia, plerumque cum levamine contingit. Attamen, morbo sive neglecto, sive male curato, conjunctiva spatio duorum, triumve dierum adeo circa corneam tumet, ut cornea foveam nunc a lympha coagulabili repletam, nunc a pseudo-membrana obductam referat. Rebus huic perductis, secretio lymphae coagulabilis sensim sensimque evanescit, ac muco locum concedit. Decrescit et partium tumor, relicta epiphora. Fugata inflammatione, reliquiae magis in conspectum veniunt, felici scilicet in casu, recessio conjunctivae, cornea a lamellis hanc membranam constituentibus cum illarum lamellarum obfuscatione, alias suppurationis cornea ipsius, sub forma vorticis se ex fovea a conjunctiva, ut diximus, circumscripta elevantis. Rumpitur tandem cornea vel lente, vel derepente cum dolore, relieto foramine ovali, in cuius fundo lens crystallina capsula illaesa inclusa conspicitur. Redit tunc in non-nullis pro tempore visus, unde adulti sibi magnopere gratulantur. Breve gaudium! enimvero suppurationis corneam mox in toto ambitu eredit, ac iris per crosa foraminula prolabitur (*staphyloma racemosum* (4)). Quo facto suppurationis et lentis

(4) BEER op. c. 1. Th. Tab. I. fig. 1.

capsulam attingit, qua disrupta, lens saepe cum parte corporis vitrei per foramen corneae, adjuvantibus musculis oculomotoriis, eliminatur. Silente suppuratione, cornea quandoque cicatrice brunnea, vel coerulea clauditur; alias liquatio totius oculi expectanda. In adultis febris plerumque totam inflammatoriam morbi periodum comitatur; in infantibus primis morbi diebus vix febris occurunt vestigia; at parvulus ejulat, vigiliis, et diarrhoea excruciat, ac tandem saepe in tabem conjicitur.

*Chemosis.*

3. *Chemosis* orditur cum siccitate oculi, et sensu ac si oculus undique comprimeretur. Sclerotica rubore perfusa sub conjunctiva rete vasorum sanguiferorum exhibente translucet. Cornea pelluciditatem amittit. Motus oculi, nisi intercepitus, saltem dolorificus. Generatim dolor continuo crescens mox acmen attingit, et ad encephalum extenditur. Eadem ratione, qua dolor invalescit, et tumor siccus tum conjunctivae, tum subjacentis scleroticae augetur; facta iterum fovea corneam ab inflammatione jam non immunem occludente. Nec iris, nec pupilla amplius conspici possunt, atque aegroto vix lucis perceptio relinquitur. Sub febre ardente, dolor oculi pulsans evadit, atque palpebras,

etiam ab inflammatione correptae, oculum amplius cooperire nequeunt (5). Conjunctiva oculi, quo loco veluti vallum circa corneam constituit, profundius rubore, ac tumorem molliorem exhibere incipit. Cornea plus minus vorticem suppuratum praesefert. Nec desiderantur in ipsa conjunctiva abscessuli. Febris suppuratoria omnibus numeris absoluta caput simul attollit. Quibus singulis efficitur, ut bulbus oculi structuram suam amittat, ac massam deformem inaequalem exhibeat (*phthisis*, seu *consumptio purulenta oculi*). Quandoque suppuratio unitantum oculi loco infensa est; quod dum accedit, hic solum fossa infundibuliformis oritur, superstite structura reliqua visceris.

*Ophthalmia interna, et iritis.*

4. *Ophthalmia interna, seu phlegmone oculi, inflammationem iridis, capsulae lentis, corporis vitrei, ruyschianae, choroideae, et retinae amplectitur.* Symptomata iridis speciatim, ea vero reliquarum partium nonnisi summatim exponere licet. Primum de istis. Annuntiatur *ophthalmia interna* sensu molesto tensivo totius bulbi oculi, qui in dolorem oscillantem ad encephalum usque propagatum transit. Pupilla nigredinem splendentem amittens angustior

(5) BEER I. c. Tab. I, fig. 4.

redditur ita, ut iris quandoque impervia appareat (6). Videndi facultas jam ab initio perturbata plane cessat; ac lux morbosa in oculo evolvitur. Iris alienum induit colorem, ac tumet, unde camera anterior oculi angustior evadit. Cornea minus splendet. Sclerotica late rubet, et conjunctivae vasa rete exhibent. Febris cum cephalaea, et vigiliis urgent. Morbo ad acmen perducto, materies puriformis in camera anteriore apparet (*hydrops purulentus oculi*), quae, si admodum copiosa fuerit, corneam conicam redditam antrorum pellit. Nisi succurratur, rumpitur cornea, oculus collabitur, ac dolor cessat. Iride necdum plane impervia, grumus purulentus, aliquando in camera posteriore generatus, pupillae ostium claudit (*cataracta spuria purulenta*), ac saepe cum margine pupillari iridis arte concrescit. Dum *inflammatio in iride ipsa* evolvitur, aeger ab initio sensum digitii super oculum prementis percipit. Mox iris immobilis redditur, pupilla tamen formam rotundam, et sedem retinente. Color iridis primum in annulo minore, dein in majore mutatur; sit nempe viridis, aut ruber (7) prout prius, vel griseus, et coeruleus, vel pruneus,

(6) BEER op. c. 1. Th. Tab. I. fig. 5.

(7) BEER l. c. fig. 6.

et niger fuerat. Praeterea iris tumet, et versus corneam protruditur. Visus fere omnino intercipitur, ac lux morbosa molestias infert. Oculo probe examinato, ipsa *capsula lentis* inflammata apparet (8), quae tumens uveac propior redditur, unde haud raro nexus morbosus inter capsulam, et uveam locum obtinet (*synechia posterior*). Sub continua febre, [cephalaea, *iris* plerumque inter annulum parvum, et magnum puncta prominentia in evidentes *abscessulos* transeuntia exhibit. Quibus disruptis, *pus* humori camerae anteriori innatat (*hypopyon*). Similia in camera posteriori relate ad uveam contingere videntur. Qua de caussa, absorpto licet pure in camera anteriori, visus non semper restituitur. Praeterea *sanguis* hinc inde in cameras oculi irruit. Ne quid malorum desit, quandoque iris cum cornea aut immediate, aut intermedia pseudo-membranula, concrescit. Si immediate concrescat, *staphyloma totale corneae* oritur; si per pseudo-membranulam, cornea potius complanatur, ac iris vix, aut ne vix quidem conspicitur. Quo in casu et fontes humoris aquae arescunt.

#### *Caussae.*

#### 5. *Caussae blepharo-ophthalmo-blennor-*

(8) WALTHER *Abhandlungen aus d. Gebiete d. prakt. Medizin, besond. d. Chir. u. Augenheilk.* 1. B. 1816.

*rhoeae* potissimum inter *recens natos*, *puerperas* (9), et *nutrices* sunt: aër orphanotrophiorum (ab exhalationibus lochiorum, lactis acidi, urinae, siccatione linteorum, et habitatione plurimorum hominum impurorum) inquinatus, lactis suppressio (10), expositio *recens natorum lucis* gradui nimio, partus, sub quo caput infantis diu in ima pelvi retinetur, inprimis si mater fluore albo laboret (11), lavatio ruditis oculorum *recens nati*, et refrigeratio capitis tempore baptismatis (12). Inter adultos morbus praesertim ex blepharitide catarrhali neglecta pullulat, si aegri cubicula humida fumo inquinata, vel stabula inhabitent, maleque nutriti sint, si prope ignem labores perficiant, aut

(9) DEMOURS I. c. T I. p 201.

(10) « Pituitae fluxiones ex mammis trahunt oculi » HIPPOCRATES de morbis popularibus. L II. Sect. V. 13.

(11) HEGEWISCH in HORN's Archiv. 3. B p. 208. GIBSON I. c. Interea fateor, in Lithuania fluorem album crebrius quam in aliis mihi notis regionibus obvenire, quin tamen ophthalmo-blennorrhœam *recens natorum* hic frequentius obvenire dixerim.

(12) SCHAEFFER in HUFELAND's Journ. 1816. Decemb p. 13. Cfr Salzb. med. chir. Zeitung. 1814. 6. Octobr N. 80. Blepharo-ophthalmo-blennorrhœam *recens natorum* cum ictero, cui pusiones subjiciuntur, nexus habere existimat KUPFER (Zweyter Jahresbericht d Heilungsanstalt für arme Augenkranke in Nürnberg. 1816).

diem, noctemque in plateis vento frigido expositi transigant. *Chemosi*, et *ophthalmiae internae* praeter cassas traumaticas (13) ansam porrigitur blepharitis erysipelacea, ophthalmia rheumatica, dum negliguntur, aut male curantur, plethora, in primis haemorrhoidalis (14), vel ab epistaxi habituali, et menstruis suppressis (15): defatigatio oculi, praesertim sub laboribus microscopicis, potus liquorum fermentatorum (16), et lucis vehemens repercussio, potissimum a nive (17). Adnumerantur praeterea caussis ophthalmitidis inflammatoriae ven-

(13) Relate ad chemosin praecipue huc spectant punctura insectorum, relichto aculeo in oculi sclerotica, aut cornea, et quoad iritidem, operatio cataractae

(14) FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4 C. 5. obs. 4.  
Congestiones sanguinis frequentius in oculo dextro, quam sinistro locum invenire, et quidem ob decubitum, quem maxima hominum pars potius in latu dextrum eligere solet, contendit BOURDAN (*Essai sur l'influence de la pesanteur sur quelques phénomènes de la vie.* v. *Journ. général de méd. Paris.* 1819. Août).

(15) FR. HOFFMANN I. c. C. II. obs. 2. JANIN op. c.

(16) Praesertim inter milites (FARREL I. c.).

(17) HRECYNA in epistola sua de morbis Kamtschatkæ. v. *Pamiętnik towarzystwa medycznego Wilenskiego.* T. I.  
BLUMENBACH in *Gott. gelehrt. Anzeigen.* v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1816. N. 19.

torum peculiares species (18), in primis ii, qui arenam (\*), maxime eam, quae particulis salinis impregnata est (19), advehunt, porro vestes militum nimis arctae, praecipue collaria, pilei metallici, tandem neglecta lavatio oculorum, fumus castrorum, et contagium (20).

*Diagnosis.*

6. Sub exploratione oculorum in ophthalmobrillenorrhœa cavendum, ne palpebram superiorem vi attollamus, quo scilicet in casu, in primis in infantibus sub ejulatu, facile *ectropium* vix reponendum producitur. Nec supervacancum credas nosse, utrum infans ex *stirpe venerea* descendat, aut *syphilitis* notas exhibeat. Cæterum inter *ophthalmo-brillenorrhœam*, et *chemosin* nullum aliud discriminem detegere potuimus, praeterquamquod ibi inflammatio *secretio-*

(18) Ventus *Harmattan*. v. MUNGO-PARK *Reisen im Innern v. Afrika* p. 233. Cfr. *Journ. de méd.* T. 56. p. 441.

(\*) Pulvis ille, vel arena copiosa ventis tum asportata, tum ex solo Aegypti ventis arrepta, atque per aërem agitata, non minus quam aér, suo calore corpora laedit, atque offendit, oculosque maxime, quos mordet, et inflamat ». PROSP. ALPIN. I. c.

(19) E. c. prope littora maris (FARREL).

(20) M'GREGOR'FARREL, EDMONSTONE, LUVERINE, OMODEI, KLUYSKEN, RUST I. c. Ophthalmiam Aegypti pro non contagiosa habet LUDOVICUS FRANK.

*nem lymphae coagulabilis*, a pure probe distinguae (21), largiatnr; hic vero morbosa secretionē destituatur, quod solummodo majorē adhuc mali gradum indicare videtur. *Ophthalmiae internae* diagnosis, potissimum dum oculi extns non rubent, ac examen illorum ob id negligitur, sat ardua est; facile enim affectio encephali pro morbo primario, et oculorum dolor pro symptomatico eonsque habentur, quoisque visus interceptio verum morbi statum tarde nimis patefaciat.

### *Prognosis.*

7. Periculum ophthalmico-blennorrhœæ, chemoseos, et ophthalmiae internæ ex illorum descriptione abunde elucet (\*). *Ophthalmico-blennorrhœa*, quæ ex blepharo-blennorrhœa originem dicit, minus periculosa, quam ea, quæ ex ophthalmia erysipelacea, vel rheumatica evolvit. Blepharo-ophthalmico-blennorrhœa, infantibus non exceptis, quandoque in primo morbi limine resolvi potest (22): secus autem, dum

ad

(21) P. I. Vol. I. Appendix. LANC I. c. p. 9.

(\*) Milites Angli ex Aegypto reduces 2317 caeci evaserunt.  
(MACGREGOR I. c.).

(22) Porro iudicationes, quemadmodum in febribus scripsi, ita et hic se habent. Verum signa edictum juxta differentias lippitudinum praedictionem facere oportet, quin pos-

jam progressus fecerit, quo in casu ad sex, octo, duodecim hebdomadas extendi solet morbus (23). In genere prognosis tum ophthalmoblennorrhoeae, tum chemoseos a conditione cornea desumenda; de qua infra, ibi scilicet, ubi de cornea *obfuscatione*, *abscessu*, *ulcere*, *cicatrice*, et *corrugatione*; de *synechia anteriori*, et de *staphylomate* quaestio erit (24). Prognosis *ophthalmiae internae* eousque bona, quousque visus perstat. *Clausa* jam *pupilla*, caecitas inevitabilis. At et ea aperta male augurandum, si *pseudo-membranae retro pupillam* in conspectum veniant, sique *capsula*,

sima signa accesserint, diutinarum lippitudinum, velut de singulis praescriptum est, quum vero apparuerint optima signa, brevium. Tunc enim *septima* die desituras esse praedicendum est, aut prope hoc tempus, et alioquin securas esse putandum est.... omnium vero maxime *urinae statum in affectionibus oculorum* considerare oportet.

HIPPONCRATES Praedict. L. II. ,

(23) SCHAEFFER l. c. REIL l. c. SCHMIDT *ophthalm. Bibl.* 3. . B. St p 126. Cfr. BEER op. c. 1. Th. p. 319. Audi HIPPOCRATEM: « Oculi porro lippientes optime permutantur, si et lacryma, et sordes, et tumor simul fieri inceperint. Et indicationem in his maxime expectare oportet, primum quidem ad vigesimum diem. Si vero hoc tempus transmit-tet, ad quadragesimum expectanda est. Si vero neque in his diebus sedetur, in *sexaginta* judicatur ».

(24) §. XXXI.

*lens*, *retina* affecta sint. Quo ultimo in casu et *lucis perceptio* desideratur. Nec quid sperandum, dum *suppuratio* ipsam detinet *iridem*. E contrario *hydropem purulentum oculi* (ab *hypopyo* vero probe distinguendum) minus timemus. Ad reliquias ophthalmiae Aegyptiacae tandem spectant excrescentiae fungosae *granulatae* palpebrarum, veluti corpora extranea irritationem bulbo oculi inferentes (\*).

### Prophylaxis.

8. *Prophylaxis blepharo-ophthalmo-blennorrhoeae recens natorum* in eo consistit, ut sub partus opere rudis nonnullarum obstetricantium manus oculis nascentium parcat. Excluso foetu, dum totum corpus ab immundicie liberatur, palpebrarum non obliviscendum ita tamen, ne sapo in usum adhiberi solitus offendat oculos. Perficiatur St. Baptisma ope aquac tepidiuseculae (25). Tueantur vero potissimum oculi a nimia luce, eligaturque hinc locus idonens pro incunabulis. Studeatur quammaxime puritati cubicolorum, renovationi aëris, et caveatur, ne lintea lotio madida in ipsis cubiculis infan-

(\*) Ad *granulationes* hujusmodi in genere semper respiciendum est, si agatur de aegroto ophthalmis saepe sine alia nota caussa obnoxio. Diagnosis fit invertendo palpebram.

(25) DEMOURS I. c. T. I. p. 199.

tum prope fornacem exsiccentur. Nec supervacaneum erit qualitatis lactis (26) rationem habere, ac infantes jam ophthalmia laborantes ab aliis separare. In *exercitibus* separatio militum ophthalmia laborantium a sanis, cura, ne isti liquoribus fermentatis abutantur, aut vitam nimis irregularem ducant, praeterea lotio reiterata oculorum ope aquae frigidae (\*), conspicilli (\*\*) potissima prophylaxeos momenta sustent (27). Juvenes habitualem ophthalmiam aliquando usu aquae frigidae copiose jejuno ventriculo haustae effugunt (28).

### Cura.

9. *Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea recens natorum* sequenti pacto curanda est. Remotis, quo usque licet, caussis morbi, *hirudo* una temporibus (29) applicatur: quae appli-

(26) HEISTER *Wahrnehmungen*. 2. B. N. 11.

(\*) Saltem in Aegypto, teste MAGGREGOR l. c. Jam an. 1745 DETHARDING lotionem oculorum ope aquae fridiae pro optimo ophthalmicorum prophylactico declaravit: vid. *Dissertatio de specifico prophylactico oculorum*.

(\*\*) HELLING l. c. Tartariae populi oculos fascia ex crinibus equorum (*Haar-Joestlik*) obtegunt. Eskimos conspicillis ligneis utuntur (*BLUMENBACH* l. c.).

(27) FARREL l. c.

(28) DEMOURS l. c. p. 247.

(29) Angulo interno nasi hirudinem applicandum esse sus-

catio, quo recentior morbus, eo melius succedit; verum et tardius, dummodo infans nec dum macie laboret, effectu bono haud destituitur. Quod nempe methodo antiphlogistica, omni jure nuper a SAUNDERS (30) hic commendata non obtinemus, vix aliter obtinetur. Alvus, nisi jam nimis mota, *syrupo mannato*; vel grano *muriatis hydrargyri dulcis* aperta tenetur. Præterea, ne lympha coagulabilis diu oculum inter, et palpebram stagnet, lac nutricis istis partibus instillando, impeditur. Methodo antiphlogistica jam incassum adhibita, oculis *decoctum malvae* cum non nullis *tincturae opii compositae SYDENHAMI* guttis ter, quaterve de die tepide instillatur. Tandem tinctura ista haud diluta penicilli ope semel bisve de die inter palpebrarum margines levi manu illinitur. *Murias hydrargyri corrosivus* (nisi quid syphilitici lateat), atque *lapis divinus* nimis irritando nocent. Quod et de *aqua camphorata Bates* (31) a WARE com-

det BEER (op. c. 1. Th. p. 320.). At inde majorem palpebrarum aliunde jam inflammatarum, irritationem conspexi.

(30) L. c. Immerito HIMALY in aliam sententiam abit (*Neue Biblioth. der Ophthalmologie*).

(31) R: Vitrioli romani (sulphatis ferri crystallisati), boli armeniaci aa uncias quatuor. Camphorae unciam unam

mendata timet BEER; de quo tamen timore propria experientia freti non participamus (32). Morbo jam plane chronicō reddito cum partium affectarum laxitate ad *unguentum ophthalmicum rubrum mite* (33) recurrendum est. Palpebra fortuito inversa, pollice, et digito indice manuum ad apices butyro recenti illinitis, circa tarsum ad angulos arripitur, lente sursum, deinde rapide deorsum trahitur (34). Praeterea infantes viribus fracti lacte optimae nutricis refocillandi. Quoad curam *ophthalmo-blennorrhoeae, chemoseos, et ophthalmiae internae*, nec non *iritidis in adultis*, primum est, ut praesente febre, cephalaea, delirio, amplam *venae sectionem* vel e brachio, vel e ju-

Pulverisentur, et miscantur. Hujus pulveris ex tota massa uncia una excipitur, et in libra una aquae ebullientis per aliquot tempus digeritur, donec partes duriores fundum non occupent, et quoisque solutio haec pelluciditatem perfectam non acquirat. Sequenti modo adhibetur: sumitur uncia una aquae camphoratae ad uncias duas aquae plantaginis destillatae, miscentur invicem. Injiciuntur hujus collyrii guttae octo ope parvae syringis cburneae, vel stanneae angulo externo oculi, semel ab initio, serius vero bis tere de die. Lintea hoc liquore madefacta curam accelerant.

(32) LANG I. c. p. 15.

(33) §. VI. N. 5.

(34) SCHMIDT *Ophthalm. Bibl.* 3. B. 2. St. p. 149.

gulari (35), vel e pede (36) instituamus. Ne enim unis hirudinibus, neglectis evacuationibus sanguinis universalibus, ophthalmiam inflammatormam gravem unquam debellari posse (37) credas (38). Sunt qui arteriotomiam suadeant (39). Peracta venaesectione, eaque si opus sit

(35) DEMOURS op. c. T. I. p. 239. « Je vois si souvent des yeux sauvés par l'effet de cette facile saignée, que je ne saurais trop recommander aux jeunes chirurgiens, qui auront à la pratiquer, de ne point redouter son exécution ».

(36) DEMOURS op. c. p. 238. « La saignée du pied pour commencer est préférable à toute autre ».

(37) Quo pacto vir, caeterum egregius, HIMLY, iritidem, unis hirudinibus sanari posse dixerit (l. c.), intelligere nequeo. De venaesctionis in ophthalmiis usu legatur inter alios VETSCH l. c. PEACH in *Edinb. med. und surg. Journ. Vol. 3.* HIPPOCRATES jam dixerat: « Ophthalmiam solvit venaesctio ». Morb. popul. L. II. Sect. VI. p. 261.

(38) DEMOURS l. c. « J'ai adopté pour principe de faire la saignée dans toutes les phlegmasies de l'oeil, lorsque la présence d'une lumière modérée excite un sentiment de douleur ».

(39) Lege de hoc argumento WARE l. c. et Abh. f. pr. Aerzte. 6. B. p. 361. et FARRELL l. c. (aperit ramum anteriorem arteriae temporalis). « L'ouverture de l'artère temporaire, qui n'est guère pratiquée aujourd'hui, a le grand inconvénient de donner trop de sang ou de n'en pas donner assez, et d'entraîner après elle, dans le voisinage de

plus vice simpliei repetita (40), *hirudines* sexdecim, utrinque quatuor retro aures et totidem ad tempora applicandae. Earum quoque duo *naribus immittere*, ae dein sanguinis effluxum spongia aqua tepida madida promovere valde conductit. Inflammationis oculorum ex menstruis, aut haemorrhoidibus suppressis obortis, hirudines partibus genitalibus, aut ano admovendae. In genere pluries *repetitae* illarum *applicationes* requiruntur. Nec stricte hic BEERIUM sequiniur, utpote in *primo* tantum morbi stadio evacuationem sanguinis commendantein, eamque in reliquis stadiis rejicientem (41) Quoties enim status inflammatorius oculorum depletionem crux exposcit, toties ea sine respectu periodorum locum obtinere debet. Deficientibus hirudinibus, cunctibus cruentac nuchae, vel pone aures admotae quodammodo eas supplement (42). In *chemosi*, praemissis ve-

*l'oeil affecté, le besoin d'une compression, qui incommode beaucoup le malade.* DEMOURS l. c. p. 242.

(40) DEMOURS l. c. p. 241. Tres et ultra venae sectiones instituere solet.

(41) Ob timorem, ut discipuli mei possent divisionem ophthalmiarum in varia sladia pro norma in praxi eligere, illi utpote valde arbitrariae, et scholasticae valedixi.

(42) Vulgus iis in Siberia utitur (GMELIN *Reise nach Sibirien* 2. Th. p. 115.).

nae sectionibus, et hirudinibus, *scarificationes conjunctivae* ope lanceolae profunde (quin tamen sclerotica laedatur); circa corneam instituendae (43). Immo, docente egregio SCARPA, et pars conjunctivae in vallum hic elevata tutissime rescinditur (44). In *ophthalmo-blennorrhoea* adulorum recenti *aqua frigida* oculis ope linteorum ea imbutorum cum fructu applicatur. In *ophthalmia*, praecipue *interna*, dum secretio humoris aquei aucta, et humor perturbatus est, dum cornea, et iris affectae sunt, dum pupilla angustari incipit, dumque aeger gravi cephalaea laborans sensum ponderis in bulbo oculi percipit, WARDROP *eductionem humoris aquei* commendat (45), de cuius con-

(43) De scarificatione conjunctivae legi mcrentur: ZACHARIAS PLATNER Diss. de scarificatione oculorum. Lips. 1728 CHEVALIER, an senescentibus oculi inflammationibus conjunctivae scarificatio? Paris. 1746. POURFOUR DE PETIT: ergo senescentibus oculi inflammationibus conjunctivac scarificatio. Paris. 1772.

(44) « *La revisione, di cui si parla, è di gran lunga preferibile alle scarificazioni, che in simili circostanze si praticano dalla più parte dei chirurgi; perchè queste non sono bastanti a vuotare il sangue stravasato sotto la conjuntiva, ed accrescono piuttosto l'irritamento etc.* ». Cfr. RICHTER Chir. Bibl. G. B. p. 23.

(45) Edinburgh. med. and surg. Journ. Vol. 3. Edinb. 1807. Medico-chir. transact. published by the medico-chir. soc.

sili utilitate ulterior docebit experientia (46). *Stimulum lucis* quacunque in ophthalmia inflammatoria, praesertim vero in ea, quae cavitatem oculorum detinet, non solum ab oculo affecto, sed et a sano avertendum esse, quivis sponte intelligit. Idem de *reliquo regimine antiphlogistico* valet. Praecipue repetitis *alvinis evacuationibus*, ast non tumultuariis, indulgendum (\*). A *remediis topicis* diu abstinentium (47). Interea, exhausta jam methodo antiphlogistica, ac dolore oculorum saeviente, *grana quatuor opii saliva soluta*, vel *scrupulo unguenti mercurialis* mixta regioni supraorbitali semel bisve de die illinienda. In *blepharophthalmia*, et *chemosi* jam ad veram suppu-

*of Lond. Vol. 4. 1813.* Cfr. LANGENBECK *neue Bibl. f. d. Chirurgie u. Ophthalmologie.* 1815. I. B. I. St. p. 165.  
MAGGREGOR l. c.

(46) Cl. PELIKAN hac methodo WARDROPII jam pluries cum successu usus est. Sic coram societate medica Vilnensi die 12 februarii 1818 retulit.

(\*) Sicuti *lenis alvi* evacuatio hic juvat, sic tumultuaria nocet, in primis si ea somnum nocturnum impedit. Tamarindi, manna, sal Glauberi, et maxime electuarium lenitivum alternis diebus porrecta optime ad alvum leniter scopo derivante aperiendam inserviunt.

(47) « Je dois dire, qu'à l'exception d'un petite nombre de cas je les ai (les médicaments sur les yeux) dans tous les autres rejettés de ma pratique ». DEMOURS l. c. p. 240.

*rationem perductis, calor siccus oculo admotus, diaeta nutriens, aër purus, usus internus decocti *cinchonae*, aut *infusi radicis acori calami*, addito sub magna debilitate et *aethere*; topice autem solutio *lapidis divini* cum liquore *acetatis plumbi*, et illinitio *laudani liquidi SYDENHAMI* ad loca suppurationem exhibentia curationis praecipua sistunt momenta. Abscessúli circa corneam comparentes ope lanceolae aperiendi. Sunt qui internam palpebrae inferioris superficiem nitrate argenti tangant, oculumque inde illico aqua frigida lavent (\*). De cura *hydropis acuti oculi*, *hypopyri*, aliarumque reliquiarum ophthalmiae inflammatoriae infra sermo fiet. Non ignorandum, in Aegypto mucilaginem seminum *cassiae absus* (vulgo *cismé*) oculis cum successu imponi (48).*

(\*) KUYSKEN I. c. VALENTIN I. c.

(48) Cum mucilago ista acris sit, caute, et non sine debita notione circumstantiarum, sub quibus talis applicatio locum obtinere potest, incedendum. Legatur de hoc arguento L. FRANK I. c. et HUFELAND's *Journ. 1814. April*, p. 116.

## §. XXII.

## OPHTHALMIA GASTRICA.

*Notio.*

1. Doctrinam *ophthalmiarum gastricarum* praecipue **STOLLIO** (49), **RICHTERO** (50) et **J. P. FRANK** (51) debemus.

*Descriptio.*

2. In ophthalmia istiusmodi affectio oculorum, plerumque epidemice (52) aestivo tempore regnans a symptomatibus febris gastricae (53) praeceditur. Accedit dolor frontis, aut regionis supraorbitalis, in primis lateris dextri. Status oculorum illi *ophthalmiae erysipelaceae* plane similis. Cuncta symptomata tunc ophthalmiae, tum febris vespere vehementer exacerbantur, ac matutinis horis evidentissime remittunt. Curriculum morbi sub recta medela septem plerumque dierum.

(49) Rat. med. P. II. p. 324. 331. Praelectiones. T. I. p. 383.

(50) *Chirurg. Bibl.* 6. B. p. 22. Obs. chirurg. Fasc. I. p. 104.

Cfr. **SINGEISEN** Diss. de ophthalmia a vitio ventriculi. Erlang. 1786.

(51) Epitome de curandis hominum morbis. L. II. p. 69.

(52) **RICHTER** *Chir. Biblioth.* I. c.

(53) P. I. Vol. I. C. V. §. LX. N. 3.

*Caussae.*

3. *Ophthalmia gastrica* originem dicit ex victu nimis lauto, et calefaciente (54), ex bile (55), ex vermibus intestinalibus (56), et ex ignota annua constitutione.

*Diagnosis.*

4. Qui consensum tubum intestinalem inter, et oculos nervo intercostali, quatenus ex ramo secundo paris quinti originem dicit, tribendum (57) perpendit, *ophthalmias dari gastricas* haud mirabitur. *Diagnosis* potissimum fit, habita ratione characteris generalis epidemicis morborum, formae crysipelaceae ophthalmiae, et exacerbationis symptomatum ad vesperas.

*Prognosis.*

5. Quamvis *ophthalmia gastrica* benigne decurrere soleat, eam tamen strages quondam editidisse legimus (58).

(54) GRIGNON in *Journ. de méd.* T. 26. p. 236.

(55) HILDEBRAND in HUFELAND's *Journ.* 5. B. p. 67.

(56) Periodicam, sub luna crecente, ophthalmiam, inter infantes, haud raro originis verminosae inveni.

(57) P. II. Vol. I. Seet. I. C. I. §. III. N. 39.

(58) « Gravem epidemicam ophthalmiam describunt medici Vratislavienses eum vehementi capitis dolore, et cæcitatis securitatem perieulo junetam, aduersus quam nil erat utilius, quam profluvium alvi, sive sponte natura motum, sive arte excitatum ». (RHAN diss. LUDWIG nosol. select. T. IV.).

*Cura.*

9. Statui inflammatorio oculorum *hirudinum* ope , modo consueto limites ponuntur ; intus , primum *resolventia* , potissimum parvae *tartratis stibii* , et *potassae* (59) doses , dein *emeticia* (60) , et purgantia (\*) adhibentur . Quoniam autem remedia alvum evacuantia et in ophthalmiis inflammatoriis conducunt (61) , patet , ex eorum utilitate non posse ad gastricam morbi indolem sine errandi periculo concludi .

## §. XXIII.

## OPHTHALMIA ARTHRITICA.

*Notio.*

1. In doctrina *ophthalmiae arthriticae* explicanda benemeriti sunt MORGAGNI (62) , HEIS-

(59) LENTIN *Beobacht. d. epid. Krankh.* p. 52. ADAMS v. *Lond. med and surg. Journ.* 1813. Apr. p. 302. July p. 46.

(60) STOLL, RICHTER, HILDEBRAND II. cc. HOOPER in *mem. of the med. Soc. of Lond Vol. II.*

(\*) Ab AVICENNA (*Canon. L. III. Ter. 3. Tract. I. C. 10. 11.*) usque ad recentissima tempora commendata , ast non tumultuose adhibenda .

(61) §. XXI. N. 9.

(62) De sedibus , et caussis morbor. Epist. XIII. N. 24. VII. N. 9.

TER (63), MUSGRAVE (64), et BEER (65). Vacuum hic dereliquit BARTHEZ (66).

*Formae.*

2. Ophthalmia arthritica sub *duplici forma* obvenire solet; nempe ut *inflammatio erysipelacea palpebrarum*, et *bulbi oculi* citissime in *blepharo-ophthalmo-blennorrhoeam* transiens, nec non ut *iritis*.

*Symptomata formae primae.*

2. *Prima ophthalmiae arthriticae forma* a marginibus palpebrarum cum rubore, et dolore pallido super palpebras propagato incipit, subsequente vesica quasi ab applicito vesicatorio. Mox malum ad bulbum oculi proserpit, ac conjunctivam circa corneam, veluti vesicam elevat. Accedit epiphora, quae citissime *blepharo-ophthalmo-blennorrhœae* locum concedit. Serum acre, uti in coryza, e naribus depluit. Dolor non solum oculum, sed et encephalum detinens a mutationibus temperaturae illico auge-

(63) *Wahrnehmungen.* 2. B. N. 201.

(64) De arthritide anomala. C. 17.

(65) Op. c. 1. Th. p. 572.

(66) *Abhandl. ub. d. Gichtkrankheiten.* (Incassum hic caput de ophthalmitide arthritica quaesivi. E contrario SAUVAGES ophthalmiam arthriticam, qua ipse (referente DEMOURS op. c. T. I. p. 207.) laboravit, pulchre descriptit.

tur. Sub febre ardentissima oculus paucorum dicrum spatio periclitatur.

*Symptomata secundae formaé.*

4. *Secunda ophthalmiae arthriticae forma*, videlicet *iritis*, a sensu formicationis iu orbitā annuniatnr. Sequitur dolor originem ex sinu frontali dicens, ad tempus, et ad maxillam lateris affecti propagatus. Motus palpebrarum mucum spumosum eliminat. Mox copiosae lacrymae acres per genas depluant. Jam vero sclerotica circa corneam profunde rubet; qui rubor versus bulbi peripheriam pallidior evadit. Vasa conjunctivae proclivitatē ad statum varicosum manifestant. At nec rubor scleroticae, nec vasa varicosa ad ipsam propagantur corneam, quin immo separantur ab ea *per annulum ex albo coeruleum*, latitudinis fere duarum lincarum. Dolor partium affectarum, dum caput super pulvinar decumbit, aut dum aeger scse aurae frigidae exponit, acmen attingit. Rebus huc perductis sub continua febre, inflammatio iridis cum consuetis suis symptomatibus evolvitur (67). *Pupilla*, prout aeger sensilis admodum, vel parum irritabilis est, vario mutatur pacto; primo enim in casu iris expanditur, ac immobilis fit,

pupilla angulari, atque angusta reddita (68), subsequentे atrophia oculi; altero in casu iris retrahitur, pupilla dilatata, ac illi animalium ruminantium simili facta (69). Retro pupillam sic dilatatam, in fundo oculi, obfuscatio griseo-viridescens appetet (cujus sedes *corpus vitreum*), quaeque *glaucomati* ansam porrigit. Succedit obfuscatio coloris viridis, quae ad cameram oculi anteriorem propelli videtur (enjus sedes in *lente crystallina*), ac *cataractam viridem* constituit. Visu fere omnino deleto, lux morbosa sub forma annuli splendentis evolvitur. Cornea, uti in cadavere nitore destituitur.. Sequitur et hic atrophia oculi. Iritis arthritica in uno oculo absoluta facile deinde et in altero evolvitur.

#### *Caussae.*

5. *Caussae* diatheseos arthriticae (70) ad ophthalmiam, de qua agitur, disponunt. Excitatur ipsa a rebus debitam podagrae evolutionem impedientibus, atque vitium arthriticum ad oculos determinantibus, e. c. lectione protracta nocturna, laboribus microscopicis, fletu etc. Ophthalmiae, quae herpeti (71), fonticulo

(68) BEER op. c. 1. Th. Tab. 2. fig. 5.

(69) Idem, ibidem. fig 6.

(70) P. I. Vol. I. §. XII. N. 4.

(71) Act. Nat Cur. Vol. I. obs. 67. ALIBERT in *dict. des sci. méd.* T. VIII. p. 32. DEMOURS op. c. T. I. p. 208.

(72), ulceri antiquo (73) praepostere sanatis originem debent, caussae arthriticae quoque adscribendae videntur. Praeterea et *rheuma* vitium arthriticum reconditum haud raro excitat, de quo argumento infra (74).

*Diagnosis.*

6. *Ophthalmia arthritica* saepe periodice recurrens dignoscitur, habita ratione tum specialis conditionis aegri ( quatenus scilicet ille notas diatheseos arthriticae exhibet, vel e stirpe arthritica descendit ), tum augmenti symptomatum a mutationibus temperaturae, praecipue a decubitu super pulvinar, tum formae vesicularis tumoris palpebrarum , et conjunctivae oculi , tumque annuli coerulei circa corneam (75), ne dicamus de pupillae indicatis conditionibus. Arthritici aliquando solo dolore bulbi oculi sine reliquis inflammatornis signis laborant (76).

(72) PARAEUS L. IX. C. 24. SCHULZE diss. de fonticulis cante occludendis. Hal. 1741.

(73) RIEDLIN curat. med. millenar. N. 167.

(74) De arthritide.

(75) Annulus iste non solum, docente BEER, indicium *ophthalmiae arthriticae*, sed et me observante signum diatheseos arthriticae in genere sistit. Paucos saltem arthriticos vidi, qui annulum hujusmodi coerulcum non exhiberent, quamvis plurimi nunquam *ophthalmia* laboraverint.

(76) DEMOURS op. c. T. I. p. 208.

*Prognosis.*

7. Ophthalmia arthritica potissimum ob rapidum illius curriculum timenda. Evoluta jam *ophthalmo-blennorrhoea*, plerumque de oculo actum est. Idem de *iritide arthritica* dicendum, quae, etiamsi in primo morbi limine resolvi queat; attamen semper recidivarum minatur periculum, ac saepissime imbecillitatem visus (a glaucomatis initio derivandam) derelinquit. Generatim prognosis ophthalmiae arthriticae eo peior, quo certius morbus a vitio haereditario originem trahit, quo minus aegrotus causas excitantes civitare potest, quoque minus podagra regularis spectranda.

*Cura.*

8. Quo citius id fieri potest, in ophthalmia arthritica ad *hirudines* locis jam indicatis applicandas confugiendum (77). Nec nocet, praesente febre notas inflammatorias exhibente, venam pedis tundere; nil enim magis incongruum est, quam tempore accessus arthritici, praesertim in pletho-

(77) Sic Pater meus Mediolani degens a. 1790 in terribilem ophthalmiam arthriticam incidit. Egregius PALLETTA in auxilium deductus, vix visus conservationem promittere est ausus; attamen copiosis hirudinibus circa oculos admotis, ac, prorumpente brevi post podagra ad pedes, morbus debellatus est.

ricis, et haemorrhoidariis, ad sic dicta antarthritica remedia confugere. E contrario juvat, alvum *leniter* movere, et maxime *pediluvii irritantis* (78) ope evolutionem podagrae in extremitatibus sollicitare. Et *sinapismi* cruribus admovendi, non neglecto intus pharmaco leniter diaphnoico. Oculo ipso, sedato inflammatorio impetu, calor siccus admovetur, in aegris valde sensibilibus solum per linteola super oculos appensa, frontique alligata: in aliis, suadente BEERIO, per sacculos cum herbis aromaticis, et camphora (79). Saeviensibus summopere doloribus, regioni supraorbitali *opium saliva subactum* illinitur. Quae vero singula ad morbum radicitus expellendum, et recidivas, minima data opportunitate, impediendas, neutquam sufficiunt, nisi diathesis arthritica totius corporis secundum regulas alibi tradendas (80) jnguletur, et ab oculis revellatur. Sufficiat hic meminisse, usum internum *extracti ligni guajaci officinalis aquosi cum camphora* (81), et *fonticulos* ad bra-

(78) Ex aqua calida, sale, farina sinapis, vel cineribus.

(79) Pauci sane sacculos hujusmodi ferunt, ac plerumque eorum applicatio bonum aliorum jam adhibitorum remediorum effectum destruit.

(80) P. III. Cap. de arthritide.

(81) R. Extracti guajaci aquosi unciam semis, camphorae scrupulum unum. M. f. pilulae granorum trium. Conspergantur

chia, debito regimine suffulta, quam maxime prodesse.

## §. XXIV.

### OPHTHALMIA PERIODICA.

#### *Definitio.*

1. Ophthalmia febris intermittentis, plerumque larvatae symptoma, dicitur *periodica*.

#### *Auctores.*

2. Morbi istiusmodi nobis aliquoties in Italia visi observationes collegerunt RIEDLIN (82), PELARGUS (83), HOFFMANN (84), BUTTER (85), et MEDICUS (86).

#### *Symptomata.*

3. Horis determinatis, praesertim vespertinis, alternis plerumque diebus, nunc dolor, nunc rubor oculorum in conspectum veniunt per noctis

pulvere radicis ireos florentinae. S. Ter de die quinque Si complicatio haemorrhoidalis adsit, pilulae istiusmodi nimis irritant. Conducit tunc extractum stipitum dulcamarae, graminis, rhei cum sulphure.

(82) Lin. med. 1700. p. 315.

(83) Medicinische jahrgange. 4. B. p. 372.

(84) De ophthalmia. obs. 2. opp. T. II. p. 168.

(85) Vom Keichhusten. p. 22.

(86) Von periodischen Krankheiten.

partem protracti, ac mane evanescentes. Febrilia symptomata raro observantur.

*Caussae.*

4. Cum ophthalmia periodica in locis, quac febribus intermittentibus favent, ac tempore, quo reliquae hae febres grassantur, obvenire soleat, eam a caussis generalibus febrium intermittentium (87) repetimus.

*Diagnosis.*

5. Signa diagnostica ab autopsia oculi desurpta tradere nequimus. Exempla a nobis visa formam taraxeos exhibebant. Semel affectio oculi symptoma potius febris intermittentis cephalicae esse videbatur. Caeterum morbus, quamquam *ex periodis*, et *liberis* intervallis cognoscitur, tamen non sine periculo cum *ophthalmiis gastricis*, et *syphiliticis*, quatenus etiam vespertinas accessiones agnoscunt, confundi solet. Imperium diatheseos periodicae in oculos, quo loco de febre intermittente amaurotica locuturi erimus (88), magis magisque conformabitur.

*Prognosis, et cura.*

6. Ophthalmia periodica prognosin cum febribus intermittentibus communem habet. *Idem* de cura valet, in qua tamen multum ad complicata-

(87) P. I. Vol. II. C. II. §. XXVII.

(88) §. XXXIII. N. 11.

*tionem gastricas respiciendam est ita, ut saepe plus levaminis ab emeticis, quam a cinchona obtinuissemus.*

## §. XXV.

### OPHTHALMIA EXANTHEMATICA.

*Notio.*

1. Ad *ophthalmiam exanthematicam* inflammationem oculorum *variolosam*, *morbillosam*, et *scarlatinosa* revocamus.

#### *Ophthalmia variolosa.*

2. *Ophthalmia variolosa* a nullo variolarum stadio aliena vel propagationi blepharitidis (89), ad conjunctivam oculi, vel evolutioni variolarum super ipsam corneam originem debet. Utroque in casu sclerotica rubet cum lucis intolerantia, dolore pungente, et lacrymatione. Febris, nisi jam ex ipsis variolis praesens fuerit, superaccedit. Variolis ad corneam erupturis, membrana haec punctum unum, alterumve opacum exhibit, ex quo pustulae pullulant (90). Variolae ad corneam sibimet ipsis relictae, plerumque extns, et intus, in cameram scilicet oculi anteriorem aperiuntur. Quo ultimo in casu *cicatrix* cum

(89) C. VII.

(90) BEER op. c. i. 2<sup>a</sup>. Tab. II. fig. 2.

ambitu albo visum intercipiens, vel auferens expectanda. Perforata cornea, *staphylomati iridis*, *synechia* *partiali anteriori*, et *occlusioni pupillae* locus conceditur. Si plurimae variolae corneam occupant, invicem confluunt, ac cæcitatem relinquunt. Recentissimo in morbo evolutio variolarum ad corneam, applicita *aqua frigida* ad oculos, applicatoque *vesicatorio* retro aurcs impeditur. Variolis jam evolutis, quo primum repletae sunt, ope lanceolae aperienda. Loca suppurantia ut *corneae abscessus* pertractanda.

*Ophthalmia morbillosa.*

3. Quocumque *morbillosorum* sub stadio, praesertim autem sub eo invasionis, rubor roseus conjunctivam, et scleroticam obducit, accedentibus lucis intolerantia, epiphora cum dolore in ipso oculi bulbo, qui aegre movetur. Tandem tarsi inflammationis participes fiunt. Cornea ab initio splendidior reddit a opacitatem tandem contrahit. Haud raro ipsa, veluti in *ophthalmia rheumatica*, a *phlyctaenulis* in *ulciscula ichorosa*, rodentia transeuntibus defoedatur. Plus inter laminas corneae stagnans *unguem* sic dictum oculi *hypopyon* simulantem constituit. Incipiens *ophthalmia morbillosa*, dummodo aeger nulla labe prius detentus fucrit, sat facile compescitur; alias *ulcera corneae*, *foveae*, *corrugatio*, *phthisis*,

*rhytidosis* relinquuntur. Quin immo, propagata inflammatione ad cavitatem oculi, *angustatio pupillae* expectanda. Ophthalmia morbillosa mitis praeter curam generalem morbillorum, et commendatum jam moderamen lucis (91) nullam aliam exposcit. E contrario, oculis vehementer affectis, ac, saeviente in primis illorum dolore cum lucis intolerantia, illico ad *hirudines* modo consueto admovendas confugiendum. Sequitur applicatio *vesicatorii* sub lobulis aurium. Si phlyciaenae obveniant, donec rumpantur, oculi calore sicco foventur; dein vero *solutio lapidis divini* adhibetur. Exanthemate jam devicto, *balneis tepidis*, et *fonticulis* locus est. Usui interno lenia praeparata *antimonialia*, praesertim *sulphur auratum antimouii* inserviunt. Mirramur, BEERIUM *calomel* hic commendare (92), utpote ad morbillorum reliquias profligandas vix unquam indicatum (93). Si corneae ulceræ rebellia forent, *solutioni lapidis divini acetas plumbi* superaddendus, ac *unguentum JANINI*; attamen nonnisi *palpebrarum marginibus illinitum* adhiberi debet.

*Ophthalmia scarlatinosa.*

4. Priusquam *scarlatina* in cute universa

(91) P. I. Vol. II. C. XII. \*. LIX. N. 2.

(92) Op. c. 1. Th. p. 540.

(93) P. I. Vol. II. C. XII. §. LIX. N. 6.

volvatur, saepe jam rubor in ea albugineae parte, quae, adapertis licet oculis, sub palpbris recondita est, apparet (94). Rare conjunctiva oculi parum sublevatur. Lucis iutolerantia vix ulla, ac, irrita oculorum rubidine, rarissime epiphora observatur (95). Potius ad angulos oculorum lympha coagulabilis apparet *tippitudinis* speciem exhibens. Caeterum affectio oculorum in scarlatina sine ulla reliquiis evanescere solet, unde clare patet, eam toto coelo ab *ophthalmia morbillosa*, cui similis a BEERIO dicitur (96), differre.

*Monitum.*

5. *Ophthalmiae*, quae in scrophulosis variolas, morbillos, et scarlatinam serius, idest exanthemate jamdandum terminato, sequuntur; haec non amplius variolosae, morbillosae, et scarlatino-sae dici possunt; sed utpote a scrophula per praevium morbum cutaneum excitata ortum ducent, pro *scrophulosis* declarantur. *Ophthalmiae* ab impetiginibus praepostere sanatis, istarum re-

(94) P. I. Vol. II<sup>o</sup> C. XI. §. LI. N. 4.

(95) Dixi (l. c.) oculos in scarlatina *nunquam lacrymare*; at 1817 mense decembri juvenis in clinico scarlatina laborans saltem quandam *lacrymarum abundantiam* exhibuit.

(96) L. c. p. 536 § 526.

situione curantur; quae regula et ad pediculos  
flagatos extenditur (97).

## §. XXVI.

### OPHTHALMIA SCROPHULOSA.

#### *Generatim.*

1. De imperio scrophulosae diatheseos in palpebras, et vias lacrymales plus vice simplici locuti sumus. Restat vero, et de vi scrophularum in ipsum bulbum oculi (98) quaestio fiat, quae vis potissimum ad externam illius superficiem limitatur.

#### *Symptomata.*

2. *Ophthalmia scrophulosa externa* vel ad ipsum bulbum oculi ereditur, vel ex blepharitide ejusdem indolis, cuius descriptionem obnexum rerum consulto huc remissimus (99), originem dicit. *Blepharitis scrophulosa* a rubore tarsorum incipit; sequiturque secretio morbosa sebi Meibomiani. Inflammatio a palpebris plus minus conjunctivae oculi communicatur. En jam lucis intolerantiam, contractionem spas-

(97) DEMOURS op. c. T. I. p. 255. et T. II. p. 30.

(98) MECKEL diss. sistens quaedam de glanduloso oculorum systematis inflammatione. Hal. 1788.

(99) §. VI. N. 3.

modicam palpebrarum post somnum conglutinatarum, atque lacrymationem. Ex naribus serum acre earum alas, et labium superius exulcerans manat. Qualiscumque sit locus, quem morbus adoritur, ad superficiem oculi sequentia notatu digna obveniant. Conjunctiva ruborem sparsim cum vasis sanguiferis in fasciculos collectis, ac versus corneam decurrentibus exhibet. Alii istiusmodi fascieuli super marginem cornea ascendunt. Alii ad medietatem illius perveniunt; alii circa cornea confinia, vel et antea terminantur. Vasis conjunctivae oculi jam evidenteribus redditis, sclerotica ipsa ruborem contrahit. Ad apicem unius cujuscumque fasciculi plerumque pustulae, aut phlyctenulae evolvuntur, quibus disruptis ulcuscula formantur cum periculo cicatricum opacarum. Ulcuscula ex pustulis, *ulcera purulenta* (100); ulcuscula ex phlyctaenis, *ulcera ichorosa* producunt. *Ulcera purulenta* (1) corneam perforant, quo facto, humor aqueus effluit, et iris e foraminulis cornea sub forma vel capitum muscarum (*myocephalon*), vel melonum (*melon*) prominet. Praeterea indicatis in locis iris cum cornea concrescit (*synechia anterior*), relicta cicatrice alba visum plus minnsve laedente. Si

(100) BEER I. c. Tab. III. fig. 2.

(1) DEMOURS op. c. Tab. XXXI fig. 3.

plurima ulcuscula puruienta corneae inter se confluunt, *abscessus corneae* (*onyx*) exspectandus. *Ulcerum ichorosa* (2), utpote textum corneac erodentia efficiunt, ut paucae superstites illius lamellae impetui humoris aquæ resistere nequeant, unde protrusac sacculum efformant portionem iridis continentem, ac omni jure pro *hernia corneae* (*ceratocele*) declaratum. Porro, prout aeger vel parum, vel multum irritabilis est, symptomatum observatur diversitas. In aegrotantibus enim valde irritabilibus lucis intolerantia, dolor, blepharospasmus longe magis urgent, ac inflammatio facile cavitati oculi communicatur. Nec satis. Fasciculi vasorum sanguiferorum undique ab angulis oculi corneam versus confluentes, ac super eam ascendentis, superficie oculi adspectum *panni rubri* (*pannus*) conciliare possunt.

### *Caussae.*

3. Ad ophthalmias scrophulosas maxime prædisponit infantia, at eae nec adultis parcunt. Plerumque excitantur a sanatione praecostera impetiginum, in primis tineae (3), a lacrymatione crebro repetita, a lectione nocturna, et maxime a caassis rheumaticis.

(2) Ibid. fig. 2.

(3) THOMANN *Gesch. einer metastat. Augenentzündung. VVurzb.*

4. Quo ultimo in casu ophthalmia scrophulosa cum *complicatione rheumatica* obvenit, atque *acute* decurrit. E contrario *ophthalmia scrophulosa simplex* malum sistit *chronicum*. Caeterum, aut complicata, aut simplex ophthalmia scrophulosa semper id gentilitium habet, quod constanter descriptos fasciculos vasorum sanguiferorum versus corneam decurrentes, saeppe super eam ascendentibus exhibet. Tandem habitum aegri, et morbos antea perpresso ad diagnosin instituendam conferre sponte elucet. At nunquam obliviscendum, posse et alias indolis ophthalmias in scrophulosis obvenire, quod inter alia exemplum supra allatum ophthalmiae rheumaticae confirmat. Confirmant id et *ophthalmiae traumaticae*.

*Prognosis.*

5. Quo major copia ulcuscularum corneae, quo profundius ea penetrant: quo junior, magisque rebellis aegrotulus: quo vehementior lucis intolerantia, et blepharospasmus: quo proximior margo pupillaris iridis locis perforatis corneae: quo densior pannus; eo majus periculum caecitatis. Quod periculum nunquam maior, quam *ophthalmia traumatica in oculo scrophuloso* comparente. Imminent enim tunc *exophthalmia*, *scirrus*, et *cancer oculi*.

## Cura.

6. *Ophthalmia scrophulosa* quamvis chronica *hirudines* minime respuit, juvatque curam ab iis incipere. Cujus praecepti in primis memores esse juvabit, si dolor oculorum, et lucis intolerantia praesto forent. Blepharospasmo optime purgans ex *radice convolvuli jalappae*, et *calomel*, non neglecta *umbracula viridi*, medetur. Simul *unguentum*, vel *emplastrum tartratis stibii*, et *potassae nuchae* eosque sive illinitur, sive applicatur, donec pustulae solitae in conspectum veniant. Locis auribus proximis parcendum, ne, visui succurrendo, auditui noccamus (4). Phlyctaenis, et pustulis needum adapertis, caveas, ne irritantia, aut adstringentia admoveas. Optime *collyrium ex decocto malvae*, et *laudano* tepide admovendum conduceit. Adapertis e contrario pustulis, illico ad *solutionem lapidis divini*, attamen sine acetate plumbi, scrophulosis vix accommodato, recurrentum est. Uleusculis rebellibus redditis, oculis semel bisve de die *laudanum liquidum Sydenhami* (5), ope penicilli illiniendum. Quo auxilio et adversus incipiens staphyloma utimur, non neglectis

(4) Ex repetita irritatione cutis retro aures positae auditui injuria infertur. (Cfr. C. VII. §. XLII. N. 6.

(5) Loco opii Anglos *digitalis purpureae* infusum adhibere, Cl. Hmly asserit (*Ophthalmolog. Bibl.*).

parvis (\*) *calomel*, aut *aethiopis antimonialis* dosibus interne. Dum pus inter lamellas cornae obvenit, *scarificationes superficiales* levissima manu instituendae. Ad curam autem radicalem ophthalmiae scrophulosa obtinendam, ut diathesis scrophulosa sensim sensimque eradicetur, requiritur. Inter alia pharmaca huic scopo dicata, debitoque loco commemoranda (6) maxime usum internum *muriatis calcis* (7) commendabimus. Postremo sciendum, atmosphaeram puram, sicciam, subcalidam, victum nutrientem, motumque corporis, fugam studiorum ad ophthalmiam scrophulosam sanandam absolute requiri. Relicta oculorum sensibilitas morbosa lotione *solutionis opii aquosae* abigitur (8).

(\*) E. c. pro puero octo annorum quartam partem grani de die.

(6) P. III. Cap. de scrophula.

(7) R. *Muriatis calcis* drachmam unam. Solve in aquae des- tillatae uncia una. M. D. S. Ter de die a gutt. X-LX.

(8) Pulchrum exemplum consilium istud confirmans narrat DELONDRE in *Journ. général de med., de chir. et de phar- macie.* T. 58. p. 114. Cfr. DEMOURS op. c. T. I. p. 250.

## §. XXVII.

## OPHTHALMIA VENEREA.

*Generatim.*

1. De ophthalmia venerea speciatim ANISIUS (9), CAMERARIUS (10), PFLUG (11), et epitome SWEDIAUR (12), ac TRAVERS (13), scripsere.

*Species.*

2. Tres agnoseit morbus ille species, quarum 1.<sup>o</sup> *blepharo-ophthalmia a contactu*; 2.<sup>o</sup> *blepharo-ophthalmo-blennorrhoea a metastasi*, et 3.<sup>o</sup> *iritis a lue universali*.

*Blepharo-ophthalmia syphilitica a contactu.*

3. Admoto contagio ex blennorrhoea venerea urethrae, aut vaginae scaturientis ope lintorum vel digitorum palpebris, et oculis, saepe levis inflammatio tarsorum, vel conjunctivae oculi

(9) Diss. de ophthalmia in genere, ejusque specie venerea dicta. Lugd. Bat. 1725.

(10) Diss. de ophthalmia venerea, et peculiari in ea operatione. Tub. 1734. HALLER coll. diss. Pr. I. N. 19.

(11) Delineatio arthritidis, et ophthalmiae syphiliticae Hayn. 1784.

(12) *Practical observations on the obstinate and inveterate venereal complaints.* Lond. 1784.

(13) *On iritis v. Surg. Essays by ASTLEY COOPER and BENJAMIN TRAVERS.* Par. I. 2. edit. Lond. 1818.

sequitur. Inflammatio istiusmodi facile auferitur applicatione in primo limine aquae frigidæ cum nonnullis guttis *acetatis plumbi*, serius, nisi haec conducant, ea decocti *malvae tepidi* cum *laudano liquido Sydenhami*, ac tandem illa *collyrii* cum *muriate oxygenato hydrargyrii* (14). Obvenientibus ad tarsum simul, aut per se, *ulcusculis venereis*, si localia adhuc, *unguentum ophthalmicum rubrum simplex* (15), illiniendum, alias morbus ut lues universalis curandus.

*Blepharo-ophthalmo-blennorrhœa a metastasi.*

4. *Blepharo-ophthalmo-blennorrhœa a metastasi* in viris juvenibus, et plethoricis evolvitur, dum *blennorrhœa urethralis syphilitica*, qua laborabant, vel refrigerationem subitaneam partium genitalium, vel compressionem penis ope fasciarum, ad conspurcationem indusii evitandam, arcte nimis adhibitarum, suppressimur. Paucis tunc a suppressione *blennorrhœae urethralis* horis, tumor inflammatorius valde dolens a palpebris ortum ducens conjunctivæ oculorum rapide communicatur, quæ membrana rubore, et tumore aequali notata circa corneam vallam

(14) R. Mercurii sublimati corrosivi granum unum aquæ distillatae simplicis uncias quatuor. M. D.

(15) §. VI. N. 5.

efformat. Crescit interea oculorum dolor usque ad furorem cum summa lucis intolerantia. Palpebrae inferiores praecipue tumidae ectropium exhibent. Undique ex partibus affectis lymphœ coagulabilis, BEERIO teste (16), contagiosa partim oculos inundans, partimque per genas depluens pullulat. Mox cornica in consensu trahitur, in qua, sicuti in reliquis oculorum partibus, phacnomena generalia ophthalmoblenorrhœae (17) cum visus jactura celeriter sequuntur. Et autopsia oculorum *character venereus* blepharo-ophthalmo-blenorrhœa vix eruitur; nisi quod ea magis quam blepharo-ophthalmo-blenorrhœa *inflammatoria* (18) ad chemosin accedat. Attamen tumor conjunctivæ circa corneam in vera *chemosi* durior, ac rubrior est, quam in blepharo-ophthalmo-blenorrhœa venerea metastatica. *Prognosis* hujusmodi morbi mature, riteque curati haud omnino periculosa; secus autem, rebus neglectis ac incongrue pertractis, in primis si agatur de aegro scrophuloso, arthritico, aut scorbutico. Tunc enim mala ex simplici inflammatoria blepharo-ophthalmo-blenorrhœa emergentia (19) rapidissime succedunt.

(16) Op. c. 1. Th. p. 542.

(17) §. XL.

(18) L. c.

(19) L. c. N. n.

*Indicationes* binae sunt, nempe: 1.<sup>o</sup> impetum inflammatorium ophthalmiae temperare, ac 2.<sup>o</sup>. blennorrhœam urethram, cuius veluti vices pálpebrae, et oculi hic agunt, instaurare. Prima indicationi ut satisfaciamus, ita plane incendium, sicuti in cura blepharo-ophthalmoblennorrhœae inflammatoriae docuimus (20). A mercurio hic nil ut specificum luis expectandum est. Alteri indicationi vario pacto satisfaciendum. Indagandum enim est, qualis caussa suppressionis blennorrhœae urethralis fuerit; num scilicet admitti debeat vehementissimus urethritidis gradus omnem secretionem lymphæ coagulabilis recusans? numque cessatio perfecta status inflammatorii in urethra? Qua indagatione nil facilius, si ad urinae excretionem vel cohibitam, vel liberam, nec non ad prostatae, et vesicae urinariae conditionem plus minusve morbosam respiciatur. Blennorrhœa ob summum inflammationis urethrae gradum impedita, caveas ab irritantibus, sed applices, praemissa venae sectione e saphena, perinaeo copiosas *hirudines*, cruribus *cucurbitulas cruentas*, peni *cataplasma emolliens*, non neglectis simul *clysteribus oleosis*, *pediluviis acrioribus* (praesertim in arthriticis), *semicupiis*, ac *emulsionibus* intus

(20) L. c. N. 9.

sumendis. Quodsi, suppressa blennorrhœa, indicia continuantis inflammationis urethrae desicerent, illico recurrendum vel ad *injectiones acres* in urethram, e. c. ex *solutione muriatis superoxygenati hydrargyrii in aqua* (21), vel ad *candelas unguento oxydum mercurii rubrum* continente (22) illinitas, vel tandem ad *ps in blennorrhœae contagiosae insitionem*.

*Iritis syphilitica.*

5. *Iritis syphilitica* rubore pallido scleroticae orditur. Rubor iste circa corneam, quam instar annuli sat largi circumdat; profundior est, ac sensim sensimque versus angulos deperditur. Accedit et conjunctivæ rubedo sub forma retis vasorum sanguiferorum subtilissimi, evidentissimi circa corneam. Sub hoc rete sclerotica rubore pallidiore notata translucet, quod in primis, dum bulbis oculi movetur, palam fit. Cornea splendorem, et pelluciditatem amittit, quin opaca evadat, et humor aquens perturbari videtur. Evidentissime vero *iridis affectio* in conspectum venit; fit enim ea magis magisque immobilis, pupilla angustatur, e medio oculi sursum na-

(21) E. c. unciae duas aquae cum tribus granis mercurii sublimati corrosivi.

(22) R. Butyri insulsi drachmas duas cum dimidio: mercurii præcipitati rubri grana quindecim. D.

sum versus recedit , ac formam rotundam cum angulata commutat. Iridis tumentis, ac antrorum propulsae color primum in circulo minori, dein in majori , sicuti in aliis iridibus speciebus, alienatur. Quae singula lueis intolerantia , epiphora (sub mutationibus temperaturae aueta ), et regionis supraorbitalis dolor, ab hora quarta pomeridiana ad medium noctem usque terribiliter saeviens , dein vero valde remittens comitantur. Post unamquamque vehementissimam hujusmodi dolorum accessionem iridis conditio in pejus ruit , ac sensim sensimque filamenta alba ex margine pupillae versus centrum superficie anterioris capsulae decurrentia multiplicantur. Nihil hinc mirum, si quaevis sub cruciatibus peracta nox miserum caecitati proprius ducat. Neglecta medela, *condylomata* circa marginem pupillarem , aut ciliarem iridis , vel utrisque in locis simul comparent , cameram anteriorem tandem replentia , iridemque evidenter repellentia (23). Haud raro ulcera lardacea in cornea, aut sclerotica , vel gummata, et tophi ad orbitas , et nasi radicem superaceedunt. Tot tantaque mala in syphilide ocurrere solent , dum oculi vel ob vitium haereditarium , vel ob illorum quondam perpessos morbos , vel ob

(23) BEER l. c. Tab. II. fig. 4.

intensionem visus, vel ob allisionem venti frigidi, vel ob hydrargyri abusum (24) jam antea labefactati fuerant. Ex quo patet, iritidem syphiliticam saepe *morbum complicatum* sistere, de quo argumento infra (25). *Prognosis*, quoad visum, in aegro ab aliis morbis, et praesertim ab usu nimio mercurii non inquinato eousque bona institui potest, quo usque neque filamenta illa alba, de quibus supra dictum est, pupillam occluserunt, neque ulcera corneam destruxerint. In *cura* maxime ad *complicaciones* respiciendum. Qua de caussa, si iritis a rheumate excitata fuerit, aut in corpus robustum, haemorrhoidibus subjectum incidat, et veluti malum acutum decurrat, ante omnia ad *hirudines*, et reliquum *regimen antiphlogisticum* recurrentum, quin tamen in eo tempus hic pretiosissimum teramus. Quo citius enim id fieri potest, doloribns prospiciendum. Ad quem scopum consequendum regioni supraorbitali quotidie horis pomeridianis *opium cum unguento hydrargyri griseo* (26)

(24) ASTLEY COOPER in *Surgic. Essays. P. 1. 2. Lond.* 1818.

Cfr. Tab. 6. huic operi annexa, cum illa BEERI. l. c.

(25) §. XXX. N. 1.

(26) R. Opii puri grana quinque : unguenti mercurialis fortioris scrupulum unum. D. tales doses N octo. S. pro octo diebus,

illinitur, ac postridie mane ope lactis tepidi abstergitur. Nisi graves contraindicatioes id impediant (27), saltem ad periculum in mora abigendum, *muriatis superoxygenati hydrargyrii* quarta pars grani, bis de die, ad vesperas cum *laudani liquidii* guttis quindecim intus porrigitur. Alias *calomel* cum *opio* usurpandus. Oculos dolentes, rubentes a luce tueri oportet nimia. Remittentibus vero dolore, et rubore, primum ad *collyrium cum muriate superoxygenato hydrargyrii* (28), dein, nisi ulceræ corneae (solutione *lapidis divini* prius ad sanationem perducenda) obstent, ad *unguentum ophthalmicum rubrum mite peryeniendum* (\*). Recidivarum periculum non nisi per syphilitis curam radicalem avertitur.

(27) Cfr. P. IV. Cap. de Lue.

(28) §. XXVII. N. 3.

(\*) Sic BEERIUS docet. Ast crederem, ulcera corneae venerea usui prudenti unguenti ophthalmici non obstat, et a lapide diviuo vix sanari posse. Interea tanti viri experientia sacra esto!

## §. XXVIII.

## OPHTHALMIA SCORBUTICA.

*Generatim.*

1. Vis *diatheseos scorbuticae* in oculos jam-dudum animadversa (29), maxime a BEERIO nostro, quatenus *ophthalmiam scorbuticam* statuente (30), quam et DEMOURS (31) admituit, demonstrata est.

*Symptomata.*

2. *Ophthalmia scorbutica* a rubore violaceo super albugineam oculorum extenso, et lucis intolerantia orditur. Conjunctiva rete lividum (32), aut subnigrum vasorum sanguiferorum varicosorum exhibet (33). Cornea splendorem amittens illi cadaveris similis evadit. Iris, quamvis tumidula, et corneae vicinior, tum omnino di-

(29) PAULINI obs. cent. IV. N. 11. HEISTER *Wahrnehmungen*.

2. B. N. 33. 263. Breslauer Samml. 1723. 1. B. p. 214.  
BISSET med. Essays. p. 119. BROWN in med. Comm. von  
Edinb. Dec. II. 2. B. p. 50. v. Abh. f. pr. Aerzte. 13. B.  
p. 64.

(30) Op. c. 1. Th. p. 629.

(31) Op. c. T. I. p. 205.

(32) DEMOURS Tab. XXIII. fig. 1.

(33) BEER l. c. Tab. III. fig. 5.

stincta conspicitur. Haud raro sanguis in camera anteriore oculi sub conjunctiva, et in palpebrarum contextu obvenit. Extravasatum illud visum auferre, sponte intelligitur. Quandoque sclerotica vallum circa corneam efformat (34), et lacrymae loturae carnis similes per genas depluunt. Praeterea plurima scorbuti symptomata generalia, in primis epistaxis, et ecchymomata, animadvertuntur.

#### *Caussae.*

3. Caussam peculiarem ophthalmiae scorbuticae praeter noxas generales scorbutum excitantes nequaquam deteximus.

#### *Diagnosis.*

4. Ne *ecchymosin traumaticam* (35) cum *ophthalmia scorbutica* confundas, ad reliqua symptomata scorbuti respicere oportet.

#### *Prognosis.*

5. Ophthalmia alienis a caussis in aegro scorbutico excitata, ac inde notas scorbuticas exhibens facilius plerumque sanatur ophthalmia directe ex vitio scorbutico evoluta. Pessimi ominis lucis intolerantia, et extravasatum cruentum in cavitate oculi habentur.

(34) Idem ibidem. Tab. III. fig. 6.

(35) Cfr. §. XIX. N. 4.

*Cura.*

6. Loco caloris sicci a BEERIO in ophthalmia scorbutica commendati (36) oculis potius *aquam frigidam* pauxillo cum *aceto* admovemus. Praeterea, si vires id ferant, primas vias *tamarindorum* ope leniter purificamus. Caeterum omnem in regimen antiscorbuticum ponimus spcm. Ecchymoses oculi externae varii generis, atque rebelles per vapores ex aqua fervida herbis aromaticis affusa elicitos, et infundibuli ope parti affectae adniotos debellatos vidimus.

## §. XXIX.

## OPHTHALMIA PLICOSA.

*Notio.*

1. Oculos in *plicā* multum pati jam monuimus (37), et plurima de eodem argumento infra obveniunt. Hic tantum de *ophthalmia e diathesi plicosa* pullulante quaestio est.

*Symptomata.*

2. Praeviis capitis cruciatibus cum lucis intolerantia, et epiphora, aut fluxu continuo serie naribus, nonnulla inter vasa conjunctivae cruo-

(36) L. c. p. 635.

(37) P. I. C. XXXVI. §. CXLIV. N. 2.

ris circulo dicata admodum varicosa redduntur. Decurrunt haec vasa sparsim ex angulo praesertim interno oculi versus corneam, quin tamen eam plane attingant. Alia vero conjunctivae vasa itidem, at minori in gradu varicosa, quaeque sub palpebra superiori originem ducunt, ad medium corneae perpendiculariter, ac serpendo descendunt. Cornea circa haec vasa quodammodo opaca sit, ac interdum excrescentia sarcomatosa in medio insignita. Universa sclerotica livida, coloris plumbei. Eam inter, et conjunctivam quandoque *vesiculae* sero aeri repletec orinntur. Pupilla nunc angusta, nunc dilatata, quo ultimo in casu fundus oculi colorem obsenre viridescentem exhibet. Aeger maxime sub mutationibus atmosphaerae, in primis flante vento patitur. Quo magis inde facultas videndi imminui incipit, eo crebris lux morbosa sub forma flammæ evolvi solet. Aegri quotquot fere sunt, trichiasin, aut distichiasin pœ se ferunt. Palpebrae ad angulos oculi quandoque inter se concrescunt. Protrahuntur inde commissurae palpebrarum ad nonnullas lineas, quod efficit, ut palpebra superior arcuata reddit oculo formam plus minus rotundam conciliet. Nares siccae, interdum carie detentæ. Currienlo quinque, sex mensium, et ultra, bulbus oculi tabescere incipit, et magis magisque in orbitam,

nasum versus reclinatus, retractus obvenit. Ne quid majorum desit, cancer palpebrae vel carunculae lacrymalis quandoque adsociatur. Ophthalmia plicosa uno in oculo ad fatalem deducta terminum serius ocyne alterum aggreditur oculum. Simul reliqua plicae symptomata, praesertim aurium molestiae, dolor epigastrii, haemorrhoides, alvi tarditas, et macies occurunt.

*Caussae.*

3. Raro diathesis plicosa ita in oculos (quorum iris saepe circulum duarum linearum ad marginem ciliarem exhibere solet illi similem, qui in arthriticis corneam amplecti solet (38), irruit, ut *inflammationem* illorum producat, nisi caussae extrinseciae, c. c. rheuma ad hoc concurrent, aut evolutio plicae per crinum resectionem impediatur, vel ipsa plica praepostere auferatur.

*Diagnosis.*

4. *Ophthalmia in plicoso* probe ab *ophthalmia plicosa* distingui debet. Interea compertum habemus, qualemcumque ophthalmiam sive rheumaticam, sive traumaticam diu in plicoso perseverantem sensim sensimque characterem plicosum induere. Qui autem character residet, 1.<sup>o</sup> in capitinis dolore, et intolerantia lucis; 2.<sup>o</sup>

(38) §. XXIII. N. 4.

in statu varicoso vasorum sanguiferorum oculi; 3.<sup>o</sup> in livore fere plumbeo totius scleroticae; 4.<sup>o</sup> in connubio cum trichiasi, et distichiasi; 5.<sup>o</sup> in narium siccitate, et lacrymatione, et 6.<sup>o</sup> in tabe oculi, ejusque nasum versus retractione. Quodsi haec signa gentilitia ophthalmiae plicosae cum phaenomenis compares, quae oculi in lepra exhibent (39), opinionem nostram, plicam

(39) HENSLER (*vom abendländisch. Aussatze. Hamb.* 1790. p. 137.) ait: «Das Auge selbst bekommt ein wasseriges trubes, und das Weisse desselben ein dunkelbleiches Ansehen. Die Aederchen in den Winkeln auch auf der inneren Flache der Augenlieder laufen roth an. Das Auge thranet, und der Blik ist trube»; et p 14: *Die Adern in den Ecken strotzen noch mehr von Blute, und dehnen die Winkel aus... es giebt dem Auge die Gestalt von Rundheit (rotundatio) die hier ganz charakteristisch ist und für eins der gewissesten Zeichen geachtet wird (Signum maximum Ebn Roschid).* Das auge selbst sieht noch truber, missfarbiger (lividitas Hally Abbas) aus. Das Auge thranet fast immer und oft sind die dicken rothen Augenlieder umgekehrt (inversantur). Cfr. p. 173, 350, 355. Et in append. excerpta continente p. 6, 7, 13, 18, 33, 35, 45, 53. Auctor innominatus (v. Gesneri scriptor. de chir. opt. Tigur. 1555.) inter signa leprae recenset: 1.<sup>o</sup> Si oculi rotundantur et maxime versus domesticam partem ( idest angulum nasi ); 2.<sup>o</sup> Si sit palpebrarum inflatio; 3.<sup>o</sup> Si pili superciliorum cadunt, et 4.<sup>o</sup> apparent crevisse pili parvi, et minutti, qui nisi ad solem videntur ( Distichiasis ); 5.<sup>o</sup> Si extractis pilis palpe-

*esse morbum generis leprosi* (40) magis magis-  
que confirmatam invenies.

*Prognosis.*

5. Ophthalmia qualiscumque in homine pli-  
coso , si negligatur , vix sanationem adimitit. Idem  
de ophthalmite plicosa dicendum , nisi evo-  
lutio plicae in auxilium veniat. Interca quot  
non caecos *cum* plica vel optime evoluta con-  
speximus ! Reliquiae enim ophthalmitidis pli-  
cosae sunt *pannus* , *cataracta* , praecipue ea ,  
quae *Morgagniana* , sive *lactea* (41) dicitur ,  
*glaucoma* , et *amaurosis* (42). Mirum hinc non  
est , tot caecos inter gentem Polonam existare ,  
quot vix alibi inveniuntur (43).

brarum et superciliorum adhaereant illis veluti frustula  
carnis; 6.<sup>a</sup> Si albugo sit tenebrosa , et livida etc.

(40) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLVI. N. 1.

(41) LAFONTAINE chir. med. Abhandl. Polen betreffend. Breslau.

1792. p. 72.

(42) Ibid p. 67.

(43) « In Polen wo es eine Menge unglücklicher Blinden  
giebt , und nur sehr wenige Wundärzte , welche diese  
Operation (Cataracta) unternehmen. » (LAFONTAINE op.  
c. p. 83). Den grossten Haufen der Bettler machen die  
Blinden aus. Die ursache wissen Sie bereits aus meiner  
Abhandlung vom Weichselzopf (Idem. p. 175) Cfr SCHLE-  
GEL ub. d. Ursachen d. weichselzopfs. Jena 1806. p. 169.  
Nihilominus quis contenderat , scholam ophthalmicam su-  
perfluam esse Vilnae , ob id , quod morbi oculorum hic  
raro obveniant ! Bone Deus !

*Cura.*

6. *Cura* ophthalmiae plicosae secundum regulas adversus ophthalmitidem arthriticam traditas absolvitur. Sicut enim hic podagram, ita plicam ibi evolvere stndemus. In morbis plicosis oculorum *complicationis haemorrhoidalis* summam rationem habendam, et cautissime cum calore, pharmacis irritantibus, atqne causticis topice applicandis incedendum esse, experti sumus. Cacterum hanc ophthalmologiae partem adhuc in incunabulis latere, candide fatemur.

## §. XXX.

## OPHTHALMIAE COMPLICATAE, ET CONSENSUALES.

*Ophthalmia complicata.*

1. Nullibi momentum *doctrinae complicationum* magis eluceat, quam in ophthalmiis. Bifaria vero hic expectanda est complicatio: altera, quac *formam*, altera quae *indolem* morbi respicit. Quoad illam, cavendum, ne symptoma valde obvia attentionem medici a symptomatibus magis reconditis, ast saepe maxime essentialibus deducant (44). Ne erroris hujus

(44) Exhibe tironi blepharitidem iritidi junctam, ac verisimiliter blepharitis adeo illius attentionem occupabit, ut iritidem neglecturus sit.

participes fias, interroga te ipsum, num vitium oculorum, quod in sensus cadit, de singulis malis ab acgro accusatis abunde rationem reddit nec ne? Quod si non reddat, inquire ultra, et reliqua invenies (45). Nec diagnosis morbi unius oculi mentem medici in diagnosi alterius oculi instituenda praeoccupare debet. Complicatio, quoad *indolem* morbi, nunc jam *initium* mali comitatur, nunc tantum sub illius *curriculo* comparet. Quo ultimo in casu difficilime ea eruitur, nisi morborum praegressorum summa habeatur ratio; latens enim diatheseos cuiusdam germen, saepe ingruente novo morbo, evolvitur. Sic plurimae ophthalmiae pri-  
mum simpliciter rheumaticae, dum in hominem incident quondam vitio scrophuloso, arthritico, venereo mulctatum, neque radicem ab illo liberatum, sensim sensimque characteris scrophulosi, arthritici, venerei etc. participes fiunt. Accidit tunc, ut methodus antirheumatica effectu quidecum non plane destinatur, at ad morbum omnino debellandum tamen impar evadat, nisi methodus scrophulae arthritidi, et syphilitidi accommodata in usum dederetur. Accidit

(45) Aeger maculam cornea exhibet partim tantum pupillae oppositam, et fatetur se plane nil videre. Id sane aperte docet, praeter maculam cornea aliud adhuc vitium, puta awuerosin, latere.

quoque, ut ac gri evidentissime notas scrophulosas, venereas etc. exhibentes in ophthalmiam, sive inflammatoriam, sive rheumaticam incidunt. Quod si tunc medicus illas tantum notas perpendat, hancque complicationem praetervideat, quot non medendi errores expectandi erunt (46)! Idem errores expectandi forent, si ophthalmiam traumaticam in homine e. c. arthritico solis remediis localibus aggredi vellet; remedia enim ista ophthalmiam traumaticam simplicem in homine quidem antea omnino sano debellarent, nunquam vero ophthalmiam complicatam in aegro arthritico.

#### *Ophthalmiae consensuales.*

2. Neque satis! Praeter ophthalmias traumaticas, praeterque ophthalmias ex variis diathesibus, earumque complicationibus ortas, aliae adhuc extant ophthalmiae in praxi summopere memorables. De *ophthalmiis* loquimur conser-

(46) Plus vice simplici vidi infantes scrophulosos in ophthalmias rheumaticas incidisse, quas simpliciter pro scrophulosis habitas, neglecta omni antiphlogistica methodo, illico cum unguentis ophthalmicis medici aggrediebantur, subsequente visus perpetua jactura. HOHNBAUM ophthalmiam scrophuloso-rheumaticam adeo pro peculiari forma ophthalmiae scrophulosae descriptis! (HUFELAND's *journ.* 1816. Aug. p. 88).

*sualibus.* Consensus enim, quem oculi cum plurimis corporis humani partibus alunt, efficere potest, ut, irritata qualicunque demum ex caussa una alterave istiusmodi partium, oculi inflamentur. Quae observatio relate ad ophthalmias gastricas verminosas jam allata nunc ad alia organa extendenda est. Primum se se exhibent *dentes*, et quidem *dentitio*; qua vigente plurimi infantes ophthalmia laborare solent alibi fusius describenda (47). Nec desiderantur exempla ophthalmiarum a *dente evulso* (48), vel carioso (49), a *morbis maxillae* (50), *narium* (51) etc. Frequentius ophthalmiae cum *vitiis uteri* (52) cohaerent, ac in amenorrhoea (53) ortum agnoscent.

(47) P. III. Cap. de dentitione difficulti.

(48) Ephem. Nat. Cur. Dec. II. An. X. obs. 62.

(49) PIETSCH *journ. de méd.* T. 36. p. 534. Et *journ. gén. de méd.* T. 34. Avr. 1809. p. 395.

(50) SOLISCUS Carmen de medico etc. Hist. 2.

(51) Nov. Act. Nat. Cur. Vol. VII. obs. 20.

(52) Feminarum plurimae, quae venere abutuntur, conjunctivam oculi rubellam exhibent. Virginem novi, quae a sola cum viris societate, praesertim appropinquante menstruum periodo, in oculorum ruborem incidit.

(53) HOFFMANN Med rat. syst. T. 18. P. I. S. 2. C. 11. obs. 2. SAUNDERS in *med. Comment.* v. Edinb. 3. B. p. 440.

## §. XXXI.

## DE RELIQUIS OPHTHALMIARUM.

Generatim.

I. Quamvis sub ipsa ophthalmiarum descriptione de reliquiis illarum quaestio fuerit; attamen plurimas earum speciatim, et encta generaliter ad trutinam voare, perutile censusmus. Sequenti id fiet ordine, nempe: de reliquiis ophthalminiarum I. In cornea; a. ulcerā, et foveae; b. obscuratio, et macula; c. leucomā; d. cicatrix; e. pannus; f. pterigium, et g. hernia. II. In iride; a. pupillae defectus; b. pupillae angustatio; c. pupillae dilatatio. III. In cornea, et iride simul; a. synechia anterior; b. prolapsus, et staphyloma iridis; c. staphyloma corueae. IV. In cameris; a. hydrops acutus, purulentus; b. hypopyon; c. hydrocephalus; d. haemophthalmus; e. cataracta spuria. V. In capsula, ei lente; a. synechia posterior; b. cataracta. VI. In corpore vitreo; a. glaucoma; b. synchensis. VII. In retina, et uerbo optico; a. hebetudo visus; b. amaurosis. VIII. in bulbo oculi; a. varicositas; b. exophthalmus; c. tabes.

*Foveae corneae.*

2. De *ulceribus*, et *foveis corneae* jam  
abunde disseruimus (54).

*Obscuratio, et macula corneae.*

3. *Obscuratio, et macula corneae* ad reliquias communissimas ophthalmiarum, praesertim earum, quae in syphiliticis, plicosis, et scrophulosis locum habent, et ex trichiasi, aut rheumate oriuntur, pertinent. Differt *obscuratio* a *macula*, quod *obscuratio* totam corneam: *macula* autem solum unam, alteramve illius partem occupet. Origo *obscurationis*, et *macularum corneae* potissimum in *lympha*, aut *affini humore*, vigente *inflammatione*, inter *conuentivam*, et *superficiem corneae*, aut inter *ipsas corneae lamellas deposita*, nec non in *ulceribus ichorosis corneae* praegressis quaerenda est. Pars affecta veluti nebulosi quid exhibit (*nephelium, nubecula, macula pellucida* (55), cum colore in centro magis saturato. Immo in majore mali gradu centrum *maculae* quodammodo turget, et albescit (56) non sine visus

(54) §. XX. N. 2. §. XXVI. N. 1.

(55) BEER op. c. 2. *Th. Tab I. fig. 5. a.*

(56) L. c. 6. «Si vero splendicans cicatrix in nigra oculorum parte fiat, partem aliquam nigredinis dealbat adce-

hoc in loco interceptione (*achlys*, *achlyn*, *aegias*, *aegis*, *aegida*, *macula nubosa*, *nubes*). Nunquam vero in opacitate, et maculis corneae cameris oculi, aut iridi injuria inferatur. Neque illis mederi arduum est, dummodo in homine vegeto, et in oculo varicositatis experite obveniant, ac diu in cura perseveretur (57). Consistit autem in illinitione primum marginum palpebrarum, postea loci opaci corneae pennicilli ope bis terve de die repetita, ab initio cum *unguento ophthalmico rubro miti* (58), dein cum *fortiori* (59). Cave hic a remediis emollientibus, utpote quae maculae limites extendant, statum varicosum vasorum sanguiferorum augeant, et ad pannum disponant. Latente vitio quodam universi corporis, illud remediis internis, alias superfluis, aggrediendum.

### *Leucoma.*

4. Macula corneae, quae ex lymphā coagulabili in massam firmam, aut in pseudomenibra-

ut, si multo tempore permaneat, et aspera, et crassa, etiam memoriam sui relinquat ». HIPPOCRATES I. c.

(57) «Caligines, et nubeculae, et cicatrices sabalbantes levigantur ac delentur, si non vulnus aliquod in eo loco accesserit, aut prius cicatricem habuerit in hoc loco, aut unguem pterygion dictum ». HIPPOCRATES Praedict. L. II.

(58) § VI. N. 5.

(59) § VI. N. 5.

nalam coalescente fit, *leucoma* dicitur. Leucoma sub forma vel *cretae corneae inspersae* (60) (*albugo, paralampsis*), vel *margaritae corneae inherenteris* (*leucoma margaritaceum, perla*) apparet. Visum in loco affecto plane ablatum esse, sponte intelligitur. Leucomati ulcera purulenta corneae, praesertim ophthalmiarum serophulosarum effectus an-  
sam porrigerre solent. *Leucoma albugo* pro-  
gnosin parum graviorem macularum corneae  
agnoscit. De *leucomate margaritaceo* a *sta-*  
*phylomate partiali* probe distinguendo fere de-  
esperandum, si aegri constitutio aut ab acetate,  
aut a morbis labefactata fuerit, si malum jam  
per menses plures extiterit, si vasa varicosa ex  
sclerotica venientia locum affectum circumdident,  
sique cornea adeo tumeat, ut camera anterior  
oculi angustior evaserit, quod per inspectionem  
lateralem cognoscitur. Quoad *curam*, cave, ne  
leucoma immediate cum causticis aggrediaris.  
Enim vero causticis hic *emollientia*, et *resol-*  
*ventia* praemittenda, Ad *emollientia* spectant  
1.<sup>o</sup> *axungia viperina, liquamen hepatis mu-*  
*stellae fluviatilis, oleum nucis juglandis* (dum-  
modo recentia, et rancedinis expertia) corneae  
ope pennicilli bis quaterve de die illinita; 2.<sup>o</sup>

(60) BEER I. e. fig. 6. c.

*mucilago seminum cydoniorum*, decoctum malvae oculo decies, et ultra de die instillata; 3.<sup>o</sup> *Vapor aqueus infundibuli ope bulbo oculi admotus. Resolventibus adnumerantur, 1.<sup>o</sup> Bilis bovina, aut piscium cum, aut sine melle: 2.<sup>o</sup> Extractum conii maculati ad scrupulum unum in drachmis duabus aquae destillatae simplicis solutum, oculoque instillatum.* Si sub usu protracto istiusmodi remediorum leucoma immutabile persisteret, superficies illius cum acu cataractae operationi dicata *scarificanda*, ac dein iterum ad remedia emollientia, et resolventia recurrentia foret. Immutato sic colore, mutataque consistentia leucomatis, via ad *caustica* patet. Incipitur ab *unguento ophthalmico rubro miti*, ascendendo ad *unguentum ophthalmicum rubrum forte*, et dein sensim sensimque ad *unguentum ophthalmicum Hufelandi* (61), et ad aliud *fortius adhuc* (62), cui unguento, dum effectu destitui incipit, duo

(61) Butyri vaccini recentis insulsi, cerae flavae, mercurii praecipitati rubri àà drachmam unam. M. assidue f. unguentum. D. (Hyemali tempore unguentum istud ob dritiem vix usurpari potest).

(62) R. Butyri vaccini recentis insulsi drachmas duas: mercurii praecipitati rubri grana quindecim: vitrioli cyprini pulverisati grana decem: camphorae olei oyorum subactae grana quatuor. M. f. unguentum. D.

grana *pulveris subtilissimi vitri* magno cum successu admiscentur. Potest medicus tandem leucoma et pulveribus aggredi, e. c. *pulvere sacchari canariensis*, aut *pulvere BALDINGERI* (63), aut alio simili (64) oculo ope pennicilli pinguedine obducti semel; vel bis de die immisso. Quae si non juvarent, periculum cum *solutione*, aut *lapidis infernalis* (65), aut *lapidis caustici chirurgicorum* (66), aut *cadmii sulphurici* (\*) cum pennicillo semel de die ipsi loco affecto illinita institui posset. Leucomate ita ad formam simplicis maculae reducto, quinques, sexiesque de die oculo guttae binae *collyrii alicujus salini* (67) instillandae sunt. Vasis sanguineis

(63) R. Boli albae vel rubrae, tremoris tartari, sacchari albi à drachmam unam. M. f. pulvis subtilissimus. D.

(64) R. Boracis veneti drachmam unam, limatura stanni alcoholisatae grana decem, sacchari albi drachmas duas. M. assidue, ut fiat pulvis subtilissimus.

(65) R. Lapidis infernalis grana duo. Solve in aquae destillatae uncia dimidia. D.

(66) R. Lapidis caustici chirurgorum granum unum. Solve in aquae destillatae uncia dimidia. D.

(\*) HMLY Bibl. f. Ophthalmologie. I. B. 2. St. p. 408. R. Cadmii sulphurici granum unum: aquae destillatae drachmas duas. M.

(67) E. gr. I. R. Salis tartari grana duo, solve in aquae destillatae uncia una. D. II.R. Aquae rosarum uicias duas,

tumidis leucoma circumdantibus, haec vasa circum repetitis vicibus rescindenda sunt.

*Cicatrix corneae.*

5. Quodsi cellulosa, quae laminas corneae uno, alterove in loco invicem jungit, a praevia inflammatione, et suppuratione ita destruta fuerit, ut lamellae immediate inter se concreverint, *cicatrix* oritur visum in parte affecta auferens (68). *Cicatrix corneae* est vel *simplex*, vel *complicata*. Complicatur *cicatrix* cum *ambitu* vel *maculoso*, vel *leucomatoso*, vel cum utrisque simul. *Cicatrix simplex* colorem splendentem margaritae, margines circumscriptos, et centrum callosum exhibet. Forma cicatricis cernitur varia, ovalis scilicet, angularis (*c. dentata*), arenata (*c. arcuata*), annularis (*c. annularis*), et linearis. Inspectio oculi a latere docet locum corneae a cicatrice detentum nunc complanatum, nuncque depres-

sacchari albi, boracis veneti à drachmam dimidiam: extracti aloës aquosi, extracti opii à grana sex M. D. III.

R. Salis ammoniaci, sacchari albi à scrupulum unum. Solve in aquae menthae piperitae uncia una. M. D. IV.

R. mercurii sublimati corrosivi granum unum. Opii electi gr. octo. Solve in aquae rosarum unciis duabus. M. D.

(68) « Necessarium est juxta ulcerum (oculorum) vehementiam cicatrices fieri. » HIPPOCRATES. Praedict. L. II.

sum esse. Praeterea cicatrici corneae saepe *synechia anterior partialis* respondet. *Cicatrix corneae complicata* characteres cicatricis simplicis, illosque maculae corneae, et leucomatis jungit. Macula, vel *tucoma* raro cicatricem totam ambit, sed saepius in uno tantum latere conspicitur. Cicatrix complicata frequentius, quam simplex synechiam anteriorem comitem agnoscit. *Abscessum corneae purulentum* aliquando sine cicatrice proprie dicta exsiccati posse, BEERIUS docet (\*). Tunc affectus locus prominet, omnino opacus est, et flavet. Flavedo vel continua, vel cum punctis cinereis intermediis conspicitur. Abscessum corneae exsiccatum macula diaphana grisea ambire solet, nec raro illi synechia anterior socia invenitur. Quo casu excepto, sanationem ille plerumque admittit (69). E contrario ars nil adversus cicatricem valet. Excisio cicatricis, saltem a nonnullis proposita, (70) cum damno potius peracta est (71). Inte-

(\*) Op. c. 2. *Th.* p. 83 Tab. I. fig. 2.

(69) « At ulcerum (oculorum) cicatrices, quibus nil aliud inali affuerit, omnes et a temporibus, et ab arte opem ferre posse putandum est, maxime recentissimas, et in juvenum corporibus ». HIPPOCRATES Praedict. L. II.

(70) DARWIN v. *Ophthalmolog. Beob.* v. HIMLY. 1. *St. Bremer* 1801. p. 141.

(71) BEER I. c. p. 108. nota.

rea licet ambitum illius sive maculosum, sive leucomiatosum, si in aditui lucis ad pupillam obstaret, methodo adversus maculas corneae, et leucoma commendata, nisi plane profligare, saltem imminuere. Abscessus corneae exsiccatum primum cum *emollientibus*, dein cum *unguento ophthalmico rubro miti*, interposita illinitio*ne laudani liquidi SYDENHAMI*, curandus. Et *lapilli* inter corneae laminas reperti sunt (\*).

*Pannus.*

6. Turgor conjunctivae oculi, quo loço ea non solum scleroticam, sed corneam obducit cum rete vasorum sanguiferorum illi adspectum panni rubri conciliante, *pannus* dicitur (72). Panno ansain porrigere solent ophthalmiae scrophulosaes, plicosae, aut aliae in scrophulosis, et plicosis locum habentes neglectae, aut male curatae; frequentissime vero trichiasis, aut entropium (\*\*). Pannus ex hac caussa ortus, fugatis trichiasi, et entropio, sponte evanescit. Sin minus in homine caeterum sano illinitio*laudani liquidi SYDENHAMI*, cui serius *balsamus vitae HOFFMANNI*, et tandem *aether sul-*

(\*) WARDROP, WALTHER, ANDERSON, v. HIMLY *opth. Biblioth.*

1. B. 2. St. p. 246.

(72) Id. ib. 1. Th. Tab. III. fig. 3. et 2. Th. T. IV. fig. 3.

(\*\*) §. X. N. 9. 10.

*phuricus* adduntur, tractu temporis sanari solet. Morbo rebelli facto, ad *pulverem BALDINGERI* (73) confugiendum. Res pingues pannus haud fert. E contrario multum lucri a rectione vasorum sanguiferorum super corneam decurrentium ope forcipis DAVIELII peracta obtinetur. Recisio prope corneae limites instituenda, ac pluries repetenda. Videtur sic panno nutrimentum, quod a vasis sanguineis accipere solebat, detrahi. Aegro praeter pannum diathesi quadam laborante, regimen, et pharmaca congrua exhibenda. Caeterum ne credas, te unquam post pannum corneae consuetum illius splendorem restituturum esse.

### *Pterygium.*

7. Plica pyramidalis conjunctivae, apice corneam plus minus attingens, *pterygium* vocatur. Pterygium plerumque ex angulo interno oculi originem nascitur. Vidimus tamen et ex angulo externo, quin immo sub palpebra superiore, ortum fuisse. Quocunque in casu ultra medium corneae non procedit. Visus hinc (nisi forte duo pterygia uno, eodemque in oculo adsint, ac in medio corneae cum apicibus se se invicem attingant, (74), haud multum impeditur.

(73) Mirabilem terribilis panni sanationem in Clinico ophthalmico Vindobonensi sic fere omnino absolutam vidi.

(74) Tale exemplum BEER narrat op. e. 2. Th. p. 633.

Pterygium, aut pellucidum instar veli tenuis, paucisque vasis cruentis notatum est (*pterygium tenue* (75)), aut densum, rubrum ac si fibris muscularibus instructum esset (*pterygium crassum* (76)). Causa *pterygii* nequaquam in praevia ophthalmia (nisi forte in ea, contra quam nimia remedia emollientia usurpata fuerunt) quaeri potest. Repetitur potius a laxitate conjunctivae palpebrae (77). Liceret forte pterygium pro pseudo-membrana a diurna, et imperceptibili irritatione conjunctivae palpebrae orta habere? Ipse saltem BEERIUS fatetur, se pterygium maxime in operariis per totum vitae curriculum demolitioni aedificiorum antiquorum intentis observasse (78). Quomodo cumque res se habeat, id compertum habemus, pterygium neque *carunculae lacrymali*, neque *membra-nae semilunari luxuriantibus* adscribendum esse. *Pterygium crassum a panno*, cum quo similitudinem quondam alit, distinguitur, cum qualcumque pterygium (in primis si bulbis oculi versus originem illius convertatur) levi opere ope tenaculae attolli possit, nunquam autem pan-

(75) BEER I. c. Tab. IV. fig. 4. DEMOURS Tab. XL. fig. 1. 2.

(76) Id ibid. fig. 5.

(77) BEER I. c. p. 638. 639.

(78) L. c. p. 640.

nus. Ad pterygium quoque spectat *massa adiposa* (forte cellulosa), quae in hominibus laxis super conjunctivam ad angulum internum oculi evolvitur, rarissime corneae limites transgreditur, ac *pinguecula*, seu *pterygium pingue* salutatur (79). Pterygii vero nomen non merentur excrescentiae carneae (80), seu fere cartilagineae (81), quae super conjunctivam, vel corneam aliquando evolvuntur. Pterygia quotquot sunt sanabilia (82). Si *tenue* fuerit, peculiari *tenacula* (83) firmatur, attollitur, ac dein transversim *lanceola* rescinditur. Nisi corrugatum inde pterygium sponte evanescat, methodus adversus maculas corneae commendata in usum ducenda. *Pterygium crassum* operatione chirurgica majoris momenti (84) auferendum. *Pterygium pingue* naturae committi potest, nisi deformitas inde orta timeatur, quo in casu, ut maculae corneae cautissime curandum. Cura, adhibitis simul *scarificationibus* superficialibus massae pinguedinosae, celerius progeditur.

(79) *Fettfell.* v. BEER op. c. 2. Th. p. 645.

(80) DEMOURS op. c. Tab. XLI. fig. 2.

(81) Idem ibidem. Tab. XXXIX. fig. 3.

(82) BEER l. c.

(83) Idem ibidem 2. Th. *Instrumententafel*.

(84) Idem ibidem. p. 643.

*Hernia corneae.*

8. Quid *hernia corneae* (*ceratocele*) sit, jam dictum est (85). Praeter complicatam illam, de qua monuinus, et *simplex* exstat, quae in lamella postica corneae a vi humoris aquei antrorsum propulsa consistit, ac sub forma vesiculae aqueae semi-diaphanae ad superficiem prominentis apparet. Origo ceratoceles simplicis origini ceratoceles complicatae plane similis; quaeri enim debet in ulceribus ichorosis corneae, nec non in conditione hujus membranae complanata, et tenaci. *Hernia corneae* conspicua prolapsum iridis, ac deformitatem pupillae gignere potest. Quare semper cura illius, etiamsi ea sine superstite cicatrice cornae obtineri haud queat, tentari debet. Ad quem scopum consequendum oculo bis de die solutio *lapidis divini* instillatur, ac hernia cum *laudani liquidi* SYDENHAMI drachma una, et *balsami vitae* HOFMANNI gnttis decem pennicilli ope taugitur. Methodus ista in ceratocele simplici sufficiens ad ceratocelem complicatam auferendam minime vallet. Requiritur nempe hic, ut *hernia corneae* cum *lapide infernali* sicco tangatur. Destructa sic hernia, *synechiam anteriorem partalem* minime evitari posse, sponte elucet.

(85) §. XXVII. N. 2.

*Defectus pupillae.*

9. *Pupilla deficere potest*, 1.<sup>o</sup> ob *praesentiam membranae pupillaris* post *octavum embryonis mensem* (86); 2.<sup>o</sup> ob *iritidem recens nati* (87); 3.<sup>o</sup> ob *solutionem corporis vitrei*, aut *illius jacturam per vulnera oculi*, e. c. post *cataractae operationem* (*subsidentia pupillae*, *pupilla collapsa*); 4.<sup>o</sup> ob *inflammationem cavitatis oculi*, *marginibus pupillae inter se concretis* (*atresia pupillae*); 5.<sup>o</sup> ob *iritidem praecipue venereum*; 6.<sup>o</sup> ob *pus*, *vel lympham coagulabilem*, *vel grumum sanguinis pupillam occludentia* (*cataracta spuria*, *purulenta*, *grumosa*); 7.<sup>o</sup> ob *herniam corneae complicatam*; 8.<sup>o</sup> ob *synechiam anteriorem*, et 9.<sup>o</sup> ob *staphyloma*. A *pupillae defectu* ea *corneae vicia* distinguendi sunt, per quae *pupilla sine omni iridis vitio solum ex longinquo obtegitur*, ac *sine omni propria culpa invisibilis evadit*. *Hujusmodi sunt maculae*, et *cicatrices corneae pupillae oppositae*, aut *corrugatio totius corneae*. *Maximi autem momenti est determinare*, *utrum visus ex occlusa pupilla perierit*, an *praeter pupillae defectum alia caecitatis caussa subsit*, e. c. *cataracta*, *glaucoma*, *amaurosis*. Nisi

(86) §. XVII. N. 1.

(87) BEER op. c. 2. Th. p. 190. Nota.

anamnestica , et perceptio lucis statum rerum indicent , nil difficileius diagnosi istiusmodi complicationum (88). Attamen , ea desiderata , et *prognosis* , et *therapia* deficiunt. Haec in *pupilla artificiali* consistit , cui locus erit 1.<sup>o</sup> si caecitas nullam aliam artis conamina eludentem caussam agnoscat : 2.<sup>o</sup> si visus altero in oculo amissus pupillae artificialis institutionem necessariam reddit ; 3.<sup>o</sup> si lucis perceptio , quoad usque fieri licet , adest ; 4.<sup>o</sup> si oculus a praevia inflammatione jam perfecte restauratus invenitur , et 5.<sup>o</sup> si aeger caeterum sanus , ac ab omni labe , praesertim scrophulosa , arthritica , plicosa , venerea immunis vivit. Tres pupillam artificialem instituendi modi existunt , nempe : 1.<sup>o</sup> per *iridis incisionem* (*corotomia*) ; 2.<sup>o</sup> per *iridis excisionem* (*corectomia*) , et 3.<sup>o</sup> per separationem *iridis a ligamento ciliari* (*core-dialysis*). Coretomiam a CHESELDEN proposi-

(88) In clinico ophthalmico Viennensi Bohemam observavi , quae simul cicatrice corneae cum ambitu leucomatoso , atresia pupillae , et cataracta spuria membranacea laborabat. BEERUS ambitum leucomatosum cicatricis corneae ope causticorum fugavit , defectui pupillae per pupillam artificialem , ope corectomiae factam , succurrit , ac cataractam reclinavit Aegra oculo altero jam dudum destituta illius , de quo sermo est , visum ad rudiora negotia perficienda recuperavit.

tam , ac a MAUNOIR nuper commendatam (89), BEERIUS plane rejicit (90). Pro *corectomia*, et *coreodialysi* peculiares indicationes ipse stabilivit , circa quae , nec non circa modum operationes istas perficiendi , utpote objecto plane chirurgico , ejus adire juvabit librum (91).

*Pupillae angustatio.*

10. Post iritidem quandoque *angustatio pupillae* (*myosis* , *metosis* cum *akinesia iridis*) immobilitate iridis stipata sine omni alio evidenti vitio oculi relinquuntur. Hoc in malo pupilla situm normalem , et formam rotundam retinet. Aeger , etsi de visus labefactatione conqueratur , attamen diurno tempore minora licet

(89) *Mém. sur l'organisation de l'iris , et l'opération de la pupille artificielle* , à Paris et à Génève. 1812. Cfr. *Medico-chir. Transact. Vol. 7. Part. 2. 1816. Et : Annali universali di medicina compilati dal Dr. OMODEI Vol. VI. An. 1818. Maggio : Lettere d-l Prof. SCARPA al Prof. MAUNOIR concernenti l'operazione del Sr. ADAMS sulla cataratta , e sulla pupilla artificiale.*

(90) Op. c. 2. Th. p. 199.

(91) L. c. p. 200 Cfr. *Commentatio de coremorphosi sistens brevem methodorum ad pupillae artificialis conformatiōnēm, hucusque adhibitarum adumbratiōnēm, novique ad iridialysin instrumenti descriptionem. Auct. WAGNER. Goett. 1818. Cfr. SCHLAGINTWEIT Ueber d. gegenwurt. Zustand der Pupillenbildung in Deutschland. München 1818.*

objecta distinguere valet, appropinquante autem crepusculo, aut nocte, si vitium utrumque oculum detineat, gressus sine duce instituere nequit. Quamvis *hyoscyamus niger* (\*), et *atropa belladonna* in genere virtute iridis contractionem promovendi (92), hincque pupillam dilatandi gaudeant: nihilominus adversus angustationem pupillae, et rigiditatem, de qua loquimur, nil hucusque praestiterunt, quod cum et de aliis remedii valeat, malum hoc adhuc pro insanabili declarare coacti sumus. Quocumque in casu cum applicatione topica atropae belladonnae caute incedendum, ne iris inde paralytica fiat (\*).

### *Pupillae dilatatio.*

11. Vitium praecedenti oppositum *mydriasis* est, dilatatio scilicet, et immobilitas pupillae, *perstante caeterum visu*. Quamvis mydriasis vix reliquiis inflammationum adnumerari possit, ac magis ad genus amauroseos spectet, attamen de ea, cum quaestio de conditionibus mor-

(\*) Lege de hoc argumento: SWIETEN Commentar. Vol. X.

WISHART et PAGET in *Edinburgh med. and surg. Journ.*

*Vol. IX.* 1813. RUNGE in HINLY's *Bibl. f. Ophthalmologie.*

*1. B. 2. St. p. 416.*

(92) DEMOURS op. c. T. I. p. 260.

(\*) DARIES diss. de belladonna in BALDINGER sylloge selector. opuscul. Vol. II. p. 88.

bosis pupillae sit, mentionem injicere debuimus. Rudimenta doctrinae mydriasis apud Graecos jam inveniuntur, testantibus ORIBASIO (93), AETIO (94), PAULO AEGINETA (95), et ACTUARIO (96). Inter recentiores de mydriasi scriptores DEMOURS pater (97), et filius (98) excellunt, cui ultimo pulchram hujus morbi debemus depictam imaginem (99). Pupillae color normalis cernitur (100). Aegri mydriasi detenti magnam lucem respuunt, ac sub crepusculis melius vident (1). Objecta illis minora apparere solent (2). Caussa mydriasis in affectione mor-

(93) Synopsis. Lib. VIII. C. 44.

(94) Tetr. Lib. II. Serm. II. C. 52.

(95) De re medica. Lib. III. C. 22.

(96) Method. medendi. Lib. II. C. 7.

(97) *Observations insérées à la fin du premier vol. de la traduction des Essais, et observ. de méd. de la Société d'Edinbourg.*

(98) Op. c. T. I. p. 433; 451.

(99) Op. c. Tab. XX. fig. 2.

(100) « Quum pupillae color nihil immutatur, sed multo, quam naturaliter esse consuevit, est latior... » ORIBASIUS l. c.

(1) FEL. PLATER. Lib. I. de funct. laesion. C. 7.

(2) ORIBASIUS l. c. « Aliquando tamen vident, verum obscure, et quae videntur ab ipsis omnia minora putantur ». AETIUS l. c. SCHEID hoc phaenomenon explicare sategit. v.

bosa nervorum ciliarium locatur. Cujus affectio-  
nis sedes quaeri debet vel in cerebro , vel in  
ganglio ciliari , vel in nervorum ipsorum curri-  
culo , aut sinec. Excitatur talis nervorum ciliarium  
affectio aut per violentias externas , aut per nar-  
cotica , quod **GALENUM** non latebat (3). Re ipsa  
mydriasis nobis videtur status ille nervorum ci-  
liarium , qui in nervo optico amaurosis dicitur,  
hinc *amaurosis ciliaris*. Quac opinio ex ipsa  
curandi ratione , utpote illi amauroseos plane si-  
mili , confirmatur. Visui succurritur in mydriasi,  
si aeger per chartam parvo foraminulo instru-  
ctam objecta intueatur.

*Synechia anterior.*

12. Concretio iridis cum cornea (*synechia anterior*) nunc in *toto ambitu* harum membrana-  
rum , nunc in *maxima earum parte* , nunc in  
*uno tantum loco* contingit. De concretione plus  
minus universali iridis cum cornea mox infra  
de *staphylomate* agendo sermo erit. Hic tantum  
de concretione unum illarum locum occupante  
quaestio est. Locus iste nunc marginem pupil-  
lae , nunc aliam iridis portionem respicit. Utro-  
que in casu talis concretio , in primis si ea a ci-  
catrie cornea ambitu leucomatoso conspicuo

Visus vitiatus. Sect. II. §. 17. Cfr. DEMOURS op. c. T. I.  
p. 442.

(3) De methodo medendi. Lib. III. C. 11.

instructa cooperiatur, quamvis oculus e latere, ut suadent, examinetur, difficulter cognoscitur. Quaevis ophthalmia externa, quae in ulcus penetrans cornae desinit, synechia anteriori partiali ansam porrigere potest; sauciata enim cornea, humor aqueus iridem antrorum propellit, quae margines ulceris cornea attingens per inflammationem levitatem cum iis concrescit. Tentamina synechiam anteriorem partiale operatione chirurgica auferendi vana hucusque fuere, nec suadet ea BEER (4).

*Prolapsus, et staphyloma iridis.*

13. *Iris* vel in sacculum herniosum cornea, (*hernia cornea complicata*), vel per foraminula cornea exulceratae, (*staphyloma iridis*) prolabitur. Dum staphyloma iridis, fugata plane ophthalmia relinquitur; forma illius ab ea, quae curiculum ophthalmiae comitabatur, differt. Hic enim iris nuda conspicitur, ibi jam pseudo-lammella cornea obtegitur. Generatim staphyloma iridis ophthalmiae praegressae affectus signis sequentibus cognoscitur: 1.<sup>o</sup> Prominentia rotunda tuberculosa colorem iridis exhibente ad cornicem; 2.<sup>o</sup> circulo albescente prominentiam illam circumdante, et 3.<sup>o</sup> pupilla e loco remota, quandoque oblitterata. Haud raro staphyloma iridis cum cor-

(4) Op. c. 2. Th. p. 266.

*rugatione corneae* societatem init. Dum iris per plura ulcera corneae prolabitur, malum *staphyloma iridis racemosum* (5), alias, ut monuimus (6), *myocephalon* (7), *clavus* (8), *melon* (9) nuncupatur. Prolapsus qualiscumque iridis aliter sanari haud potest, nisi, relictis synechia anteriori partiali, et cicatrice corneae. *Staphyloma racemosum*, praecipue antiquum, et in oculo varicoso obveniens *noli me tangere* constituit. Alias portio, aut portiones iridis prolapsae *lapide infernali* sicco, aut *butyro antimonii* (cujus gutta specillo metallico nodulo ad apicem instructo suscipitur, ac loco affecto applicatur, instillando dein illico in oculum aquam tepidam), tangi possunt.

*Staphyloma corneae generatim.*

14. *Staphylomatis corneae* nomen protuberantiae circumscripae corneae opacae redditae, et cum iride concretae imponimus (10). Quod

(5) Germ. *Traubenstaphylom*. V. BEER op. c. 2. Th. Tab. I. fig. 1.

(6) §. XXVI. N. 2.

(7) Germ. *Muckenkopf*. BEER I. c. fig. 2. Gall. *tête de mouche*. v. DEMOURS op. c. Tab. XXXII. fig. 2. et 3.

(8) BEER I. c. fig. 3. DEMOURS op. c. Tab. XXXIII. fig. 2.

(9) BEER I. c. fig. 4. DEMOURS op. c. Tab. LX. fig. 2.

(10) « Pour bien comprendre la formation du staphylome de la cornée, on peut prendre la vessie d'un animal, la

malum nunc totam corneam (*staphyloma corneae totale*), nunc partem illius (*staphyloma corneae partiale*) occupat.

*Staphyloma corneae partiale.*

15. *Staphyloma corneae partiale*, nisi id, quod rarum est, totum marginem pupillarem includat, visum haud plane tollit. Nihilominus praeter deformitatem graves inde molestiae, ut stillicidium lacrymarum, dolor sub motu oculi, ruborque illius oriuntur. Morbo, de quo agitur, ophthalmiae scrophulosae, et variolosae ansam porrigunt; dum scilicet plurimae pustulae corneae, ophthalmiarum illarum comites invicem confluunt, abscessum constituunt, qui in cavitatem oculi disruptus, effluxui humoris aquei, et appropinquationi iridis ad corneam locum concedit. Ne *staphyloma corneae partiale* cum *leucomate margaritaceo* confundas.

*Staphyloma partiale.*      *Leucoma margaritaceum.*

|                                                    |                                                |
|----------------------------------------------------|------------------------------------------------|
| 1. Diameter ad minimum duarum, vel trium linearum. | 1. Diameter ad minimum lineae unius, et semis. |
|----------------------------------------------------|------------------------------------------------|

*remplir d'eau, et après l'avoir liée solidement, détruire dans un point plus ou moins étendu et par un procédé quelconque, une partie de couches membraneuses, dont elle est composée. On pressera cette vessie, et on verra une protubérance se former à l'endroit assailli».* DEMOURS. op.

a T. I. p. 319

- |                                                                  |                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 2. Color ex albo gri-<br>sens.                                   | 2. Color cretaceus ,<br>margitaceus .                                               |
| 3. Cornea cum iride<br>in toto staphylomatis<br>ambitu concreta. | 3. Cornea cum iride-<br>vel plane non , vel in<br>uno tantum punto , con-<br>creta. |
| 4. Camera anterior<br>vel deficit , vel valde<br>angusta est.    | 4. Camera anterior<br>vix angusta.                                                  |

- |                                                 |                                        |
|-------------------------------------------------|----------------------------------------|
| 5. Cornea versus sta-<br>phyloma conica evadit. | 5. Cornea circa leu-<br>coma normalis. |
|-------------------------------------------------|----------------------------------------|

Staphyloma corneae partiale et felicissimo in casu , nunquam sine cicatrice corneae sanari potest. Si visus non plane deletus fuerit , et oculus omnis varicositatis expers (11) sit , saltem progressui morbi , ac deformitati occurritur , si , separatis prius palpebris , parti superiori , et mediae staphylomatis gutta *butyri antimonii* , ut supra suasimus (12) , applicetur. Oritur inde eschara alba , ac inflamatio: quo facto , oculo summa quies concedenda est. Serius caustici applicatio repetitur , ac sic plurimis vicibus , interposita semper quiete , donec prominentia corneae abllata fuerit. Ab unguentis ophthalmicis abstinendum.

*Staphyloma corneae totale.*

- |                                                  |
|--------------------------------------------------|
| 16. <i>Staphyloma corneae totale</i> vel ab uni- |
|--------------------------------------------------|

(11) Oculus enim varicosus *noli me tangere* sistit.

(12) N. 13.

versa superficie corneae sub forma *globosa* elevatur (*staphyloma corneae totale sphaericum* (13)), vel corneam sub forma *coni* prominentem exhibet (*staphyloma corneae totale conicum* (14)). Docente BEERIO (15) in staphylomate *conico* iris non solum cum cornea concreta est, sed et ex posteriorc illius superficie, uvea scilicet, pseudo-membranulae versus superficiem anteriorem capsulae lentis decurrunt, quorum ope synechiae posterioris species gignitur, deficiente sic camera posteriore oculi, et exsiccatis fontibus humoris aquei. In staphylomate sphaerico e contrario camera posterior oculi, et fontes humoris aquei in statu normali reperiuntur. Haud mirum hinc est, corneam cum iride ab humore isto protrusam tumorem longe ampliorem exhibere, quam ille est, qui in staphylomate *conico* animadvertisit. Immo tanta aliquando obvenit in staphylomate sphaerico corneae extensio, ut haec membrana tenuissima, et

(13) BEER op. c. 2. Th. Tab. II. fig. 4. DEMOURS op. c. Tab. LX. fig. 1. 2. 3.

(14) BEER ibid. fig. 5. DEMOURS op. c. Tab. LVII. fig. 1. 3.

(15) *Ausicht der staphylomatosen Metamorphosen d. Auges Wien* 1806. op. c. 2. Th. p. 213. Pulcherrima praeparata anatomico-pathologica in *Museo Beeriano ophthalmologico* collecta auctoris doctrinam demonstrant. Cfr. KLEIN *Beytrage z. patholog. Anatomie. I. Abschnitt.*

quodammodo diaphana evadat ita, ut aeger se visum recuperasse sibi gratuletur. At brevi post *ruptura oculi (rhexis oculi)* sequi solet. Staphylomiati corneae totali, quondam ex variolis communissimo, nostro aevo quandoque ophthalmoblenorrhœa, et ophthalmia scrophulosa ansam porrigere solent. De visus instauratione in staphylomate corneae totali ne quidem cogitandum est. Agitur hic solum de abigenda deformitate, et de praepediendo transitu morbi in exophthalmiam cancerosam: qui transitus quammaxime timendus est, si oculus staphylomate totali prehensus vasa varicosa exhibeat: si a ciliis palpebrae inferioris continuo irritetur, sique palpebrae jam amplius claudi nequeant (16). Quæcaussa tali sub rerum positione citissime ad *operationem staphylomatis* (17) perveniendum; nil enim a butyro antimonii, et a scarificatio-

(16) DEMOURS op. c. Tab. LXI. fig. 1.

(17) BEER I. c. p. 217. 221. Die 31 julii 1817 staphyloma totale cornæ sphaericum, ex variolis ortum ducens, a BEERIO (*operationem hanc pro 217 vice perficiente*) dexterrime ablatum vidi. Pseudomembrana hic generata, rubra, formam epiglottidis exhibens inter palpebras prominebat. Sensim vero pseudomembrana ruborem amisit, inter debitos limites rediit, ac semi-pellucida redditæ cornæ figuram aemulabatur. Cfr. CHELIUS ub. a. *durchsichtige Hornhaut d. Auges, ihre Funktionen u. krankhafte Veränderungen*. Karlsruhe 1818.

nibus staphylomate expectandum est. Fugato staphylomate, saepe pseudo-membrana semi-pellucida corneae vices fungitur (18). Si lens crystallina, et corpus vitreum (quae saepe conservantur) exirent sub operatione palpebrae, tunc saltem claudi possent, atque applicatio oculi artificialis facile locum inveniret. De morbo corneae, qui *staphylomatis pellucidi conici* nomen obtinuit, infra (\*) quaestio erit.

*Hydrops purulentus oculi et hypopyon.*

17. *De hydropsis acuti purulenti oculi* (19), origine jam egimus (20); effectum enim sistit inflammationis partis internae oculi, reliquarum inflammationum instar *lympham coagulabilem secernentis*. Patet hinc, talem hydropem purulentum oculi plane ab *hypopyo*, id est ab effusione *puris ex abscessu* sive externo, sive interno in cavitatem oculi distinguendum esse;

(18) Oculum regenerari posse exemplo luculentissimo comprobare satagit (LOEFFLER *Beytrage z. Wundarzneyk.* I. B.), at verisimiliter pseudo-membrana corneam aemulans illi imposuit.

(\*) §. XXXVIII. 2. (\*)

(19) De praesenti argumento legatur praecipue MAUCHART. Diss. de hypopyo. Tub. 1742. v. HALLER coll. diss. chir. III. T. N. 30. et altera ejusdem auctoris: de empyesi oculi sive pure in secunda oculi camera stagnante. Tub. 1742.

(20) §. XXI. N. 4.

eadem enim hic differentia invenitur, ut inter hydropem purulentum pectoris, et empýema, Nec alia differentia inter blepharo-ophthalmoblenorrhœam, et hydropem oculi acutum purulentum existit, nisi quod ibi lymphœ coagulabilis per genas ruit; hic autem in cavitate oculi colligitur. Quodsi arrideat, hydropem purulentum oculi nomine hypopyi spuriū salutare, libenter accedimus, at non viceversa; pus enim ex abscessu in cavitatem oculi effusum verum s̄istit *hypopyon*, speciem scilicet legitimæ phthiseos oculi. Quoad diagnosin *hydrops acuti purulenti*, et *hypopyi* sciendum, illum drepente oriri, ac tantam copiam liquidi morbosse secreti exhibere, ut bulbis oculi valde turgeat; hypopyon autem praeviis signis abscessus oculi locum habere, et ex paucis tamen guttis puris effusi constare. Ne hydropem purulentum oculi, et hypopyon cum *maculis corneae* confundas, consilio jam MORGAGNII (21), oculum ex latere aspice. A *cataracta Morgagniana hydrops purulentus*, et *hypopyon*, habita ratione curriculi morbi, et sedis (*cataractæ* scilicet retro pupillam), distinguuntur (22). Hydrops acutus purulentus oculi saepius sanatur,

(21) De sede et causs. morborum. Epist. XIII. N. 24.

(22) LEPORIN Diss. de hypopyo Goett. 1778.

non ita hypopyon, in quo, praeter pus extravasatum, devastationes ab abscessu ortae perpendi debent. In *hydropoe acuto purulento oculi* incipiente, ne ob id, quod materies purulenta in oculo prodit, a methodo antiphlogistica jure commendata (23) abstineas; sicuti enim methodus ista in blepharo-ophthalmo-blennorrhœa indicatur, ita et hic. Interea non solum resolutioni inflammationis, sed etiam absorptioni lymphæ coagulabilis extravasatae studendum est. Mirum in modum huic scopo respondent *calomel* (24), frictions ex *unguento mercuriali cum digitali* (25), ad regionem supraorbitalem, *infusum digitatis* (26) et maxime *decoctum radicis polygalæ senegae* (27), non neglecto *amplo vesicatorio* ad nucham; quorum remediiorum scilicet ope hydropem purulentum plus vice simplici sine operatione debellarimus, debellarunt et alii (28). In hypopyo e contrario,

(23) A CL. SCARPA I. c.

(24) BRUEL in HUFELAND's u. HMLYS Journ. 1809. Oct. p. 93. ad granum unum omni hora et ultra.

(25) R. Unguenti mercurialis drachmas duas: pulveris digitalis purpureae drachmam unam. M.

(26) AUTENRIETH Diss. de neuralgia coeliaca. p. 28.

(27) WENDT Annal. d. klin. Instituts in Erlangen. 1. Hest. Cfr. GOEDLIN diss. de hypopyo. Erl. 1800.

(28) FISCHER de hypopyi curatione sine operatione chirurgica.

quoties id fieri potest, puri per corneae sectionem (29) exitus procurandus, ac vires aegri cibis nutrientibus, vino, et tonicis, præsertim cortice *cinchonae*, radice *acori calami*, cui *aether sulphuricus* addi potest, erigendae. Utroque in morbo oculo *laudanum liquidum* SYDENHAMI illinire minime nocebit.

*Hydrophthalmus generatim.*

18. *Hydrophthalmus* (30) augmentum morbosum humorum in oculo contentorum significat. Respicit hinc vel *humorem aqueum* (31), vel *humorem vitreum*, vel *utrosque simul*. *Hydrophthalmus ex augmento humoris aquei*

(29) Volumen corneae quadruplum fieri posse testatur BEER p. 617.

(30) Legi merentur MAUCHART diss. de hydrophthalmia, seu hydrope oculi. Tub. 1744. in HALLEBI collect. disp. chir. T. I. N. 28. CARTHEUSER diss. de hydrophthalmia. Argent. 1762. HEISTERS med. chir. *Wakrnehm.* LOUIS in mém. de l'ac. de chir. T. V. RICHTER Anfangsgr. d. Wundarzneyk. 3. B. CAMPER in hist. de la Soc. R. de méd de Paris. 1788. Mém. p. 46. v. Abh. f. pr. Aerzte. 16 Th. p. 460. SACHTLEBEN *Klinik der Wassersucht* p. 444. BEER l. c. 2. Th. p. 616. 629.

(31) In statu sano humor aqueus guttas quinque non excedit. VOIGTEL Path. Anat. 2. Th. p. 100. De analysi chemica humorum oculi vide ORFILA élémens de chimie méd. Paris. 1817 3 partie. chap. 3. sect. 1., et DEMOURS op. c. Vol. I. p. 40 sq.

cum presbyopia, et extensione corneae (32) incipit, quae membrana re ipsa vix opaca fit, sed talis ob turbatum humorem aqueum apparet. Sclerotica circa corneam livida uti in recens natis. Iris se se movendi facultatem amittens colorem obscuriorem inducit. Camera anterior oculi longe amplior. Aeger non nisi de sensu ponderis, et tensionis in bulbo oculi conqueritur. Motus oculi continuo segnior evadit, ac visus plane deletur. Universus oculus durior. *Hydrocephalus ex augmento humoris vitrei* orditur tumore conico oculi; illico immobilis, cum duritie lapidea. Saepe strabismus ad superiora (33). Cornea pelluciditatem consuetam retinens sphaerica evadit. Sclerotica circa corneam livida, veluti conspurcata, aeger myops factus. Camera anterior oculi, iride corneam versus propulsa, fere evanescit (34). Iris colorem normalem servat. Aeger dolore summo ad cerebrum, dentes, et collum propagato, excruciat, neque ciborum desiderio, neque somno fruiatur. *Hydrocephalus mixtus* symptomata ambarum specierum, quoisque id fieri potest, juncta exhibet. Oculus hic maxime varicosus fit,

(32) DEMOURS Tab. LXI. fig. 3. Cfr. §. XXXVIII. 2. (\*)

(33) SAUVAGE'S Nosologia. T. I.

(34) TERRAS in *Journ. de méd. chir. et pharm.* T. 45.

ac volumen illius adeo crescit (35), ut oculo bovillo similis nomen *buphthalmi* (36) acceperit. CESTON (37) ex oculo hydropico quinque uncias seri manare vidit. Praeter caussas generales hydroasis (38), non excepta inflammatione (39), hydrophthalmus ansam porrigitur: quoad *humoris aquaei* augmentum, impetigines praesertim capitis praepostere sanatae, epistaxis cohibita (40), morbique viscerum abdominalium (41): quoad *humorem vitreum* scrophula, syphilis,abusus mercurii (42), et quoad *utrosque humores*, praeter allatos morbos, scorbutus. *Hydrophthalmi* prima species adhuc incipiens, et in homine caeterum vegeto curam aliquando admittit. De secunda specie fere desperandum. *Buphthalmus ab exophthalmia carcinomatrica excipitur*, mortis

(35) Ad magnitudinem ovi gallinacei extensem oculum describit GENDRON *mal des yeux.* Vol. II.

(36) Germ. *Ochsenauge.* DEMOURS op. c. Tab. LXII. fig. 1. 2.

(37) *Patholog. Untersuchungen u. Beobachtungen ubers. v. SCHERF.* p. 151.

(38) P. I. Vol. II. Cap. XLI. §. CLXIX.

(39) Ex ophthalmia hydrosem oculi vidit BLANCARDUS (op. p. Vol. II. C. 13), ut mirer, BELLUM (l. c. T. 3 p. 219.) hanc originem negare, et BEERIUM eam silentio praeterire.

(40) TULPIUS obs. med. Lib. I. C. 28.

(41) BONETUS medicina septentrionalis. L. I. Sect. XXII. C. 64.

(42) ROWLEY *Abh. v. d. vorsugl. Augenkrankh.* p. 210.

nuntia. Nec desunt *oculi disrupti* (43), iterumque repleti (44) exempla. Quandoque orbita simul carie detenta (45). Cura *hydropthalmi* secundum regulas generales hydropi medendi, et secundum caussas speciales inchoanda est. Humore ex retropressis impetiginibus abundante, earum restitutio, vel saltem *vesicatorium* (46), aut alia *ulcera artificialia* (47) locum obtinent, non neglecto usu interno *camphorae*, et *sulphuris aurati antimonii*. Morbo ex suppressa epistaxi orto, hirudines naribus admove. In *hydrophtalmo* qualicumque ex vitio scrophuloso, syphilitico orto *digitalis purpurea*, et *calomel* multum promittunt. *Supertartratem potassae* cum *borage* commendat BEER (48). In morbo recenti oculis *sacculi ex herbis aromaticis* imponi possunt, adhibita simul frictione regionis supraorbitalis cum *unguento mercuriali*. Si oculi tensio necdum conspicua foret, varia *colly-*

(43) CALLISEN *Anfangsgr. d. Chirurgie* p. 382.

(44) Chirurgus Ticinensis GIANI retulit Patri meo, se oculum hydropicum sponte disruptum, atque de novo aquis repletum vidisse, quod certe de prima *hydropthalmi* specie intelligendum est.

(45) CHESTON I. c.

(46) HEISTER Praelect. chirurg. T. I. p. 593.

(47) Valde a CALLISENO commendantur I. c.

(48) L. c. p. 620.

ria a MONROO (49) proponuntur. *Humor aqueus* abundans in oculo haud varicoso, aegroque caeterum sano, facta incisione perpendiculari corneae ope lanceolae in distantia semilineae a sclerotica, educi potest (50). Sanatio vulneris, margines illius quotidie elevando, impedienda. Quae operatio quandoque viam diureticis parat. *Humor vitreus* aliter abigi haud posset, nisi secta cornea uti in cataracta, eoque cum lente educto. Alia tentamina (51) praesertim *punctura ope acus tricuspidis* (52), *setaceum* (53), *sternutatoria* (54) periculosa sunt.

*De oedemate corneae, conjunctivae, et hydatidibus oculi.*

19. Silentio praeterire nequimus *oedema corneae* (55), *conjunctivae* (56), et *hydatides oculi*

(49) On dropsy §. 104. R. Aluminis, vitrioli albi à grana quatuor. Solve in aquae unciis tribus. D. Linteis suscepta oculo affecto cum compressione admovetur. Vel R. Florum chamomillae, rosarum rubrarum aa uncias duas. Coque cum vino rubro, ut fiat *epithema*.

(50) Sicuti in operatione cataractae incidentum esse docet ADAMS *The Journ. of science and the arts. Lond.* 1817.

(51) Lege de iis PLATNERUM Inst. chir. §. 754. NUCKIUM Lib. de duct. ocul. aquos. p. 126. BELL *Vundarzneyk.* 3. T.

(52) BELL l. c.

(53) FORD. in *medical communications. Vol. I. y. Blumenbach's med. Bibl.* 2. B. p. 359.

(54) RICHTER l. c. p. 400. ea jam vituperat.

(55) ROSE de morbis corneae ex fabrica ejus declaratis.

variis partibus adhaerentes (57), quamvis quid istis malis, praeter lenes *scarificationes*, et applicationem remediorum adstringente virtute praeditorum (58) opponendum sit, ignorenius.

*Haemophthalmus.*

20. *Haemophthalmus*, seu collectio sanguinis in cameris oculi haud raro ophthalmias traumaticas, et scorbuticas comitatur, vel sequitur. Observatus quoque est post sternutationem (59), et post reclinacionem corporis antrorsum (60). Frequentissime vero haemophthalmus post operationes pupillae artificialis, et cataractae occurrit. Absorptio cruoris in cameris oculi plerum-

(56) Tale oedema sub nomine hydropis tunicae adnatae describit FRAUENDORFFER in Eph. Nat. Cur. Dec. III. An. 3. obs. 3.

(57) BOERHAAVIUS ejusmodi hydatides ad corneam descriptis, quas sola punctione sanavit. (Praelect. in inst. med. Edit. HALLERI Comment. in seet. 307.).

(58) R. Pulveris sacchari saturni, salis ammoniaci aa gr. vj: aquac rosarum uncias duas. M. f. Collyrium. (MONRO l. c. §. 169).

(59) HOUTTUYN mém. de l' ac. R. des sciences. 1769. p. 43. Samml. f. pr. Aerzte. 1. B. 2. St. p. 67. Cfr. RICHTER's Chir. Biblioth. 4. B. p. 179.

(60) Juvenis rusticus, quoties corpus antrorsum inclinabat, simulque brachia movebat, sanguinem in cameras oculi extravasatum exhibebat, observante WALTERO; v. Salzb. med. chir. Zeitung. 1817. N. 78. p. 413.

que a natura, aliquando mirabili celeritate (61) perficitur; ac revera, paucis casibus exceptis, leve sisteret malum, nisi periculum relictum grumi pupillam accludentis minaretur. Absorptionis opus quandoque ab *infuso foliorum digitalis purpureae*, aut a *decocto florum arnicae montanae* tum intus, tum extus super oculum usurpati promovetur.

*Cataracta spuria.*

21. De *cataracta spuria* ophthalmiarum effectu alibi (62) sermo fiet,

*Synechia posterior.*

22. *Synechiae posterioris* jam mentionem injecimus (63). Nil aliud ea est, quam nexus *uveae* cum superficie anteriore *capsulae lentis* ope filamentorum ex lympha coagulabili constitutorum. Sequitur hoc malum ophthalmias praesertim venereas, et arthriticas. Difficilis est illius diagnosis, nisi microscopium in usum ducatur, ac pupilla, in proiectiori malo saepe ovalis (64), prius

(61) In casu a WALTHERO recensito, absorptio circiter spatio sextae horae partis fiebat (l. c.). Exemplum plane oppositum, guttae scilicet crux, per annorum curriculum in camera anteriore oculi latitantis, Cl. WOLFART retulit (HUFFLAND's *Journ.* 1818. *Febr.* p. 108.).

(62) §. XXXII.

(63) N. 16.

(64) DEMOURS op. c. T. I. p. 228. Tab. XXXVII. fig. 1.

ope solutionis extracti sive hyoscyami nigri, sive atropae belladonnac, si fieri licet, dilatetur. Generatim de synechia posteriore suspicio alitur: si a praevia ophthalmia interna debilitas visus relinquatur: si pupilla angularis sit, si que retro eam vel filamenta grisea tenuissima, vel rete obscure rubrum conspiciantur (65). In morbo recenti, aegroque caeterum bene constituto spes sanationis affulget, sub usu scilicet *unguenti ophthalmici rubri* primum *mitis*, dein *fortioris*, quibus nonnulla *extracti hyoscyami* grana superadduntur. Nisi aeger jam mercurio abusus sit, etiam absente lne, *calomel* cum successu porrigitur.

### *Cataracta.*

23. De *cataracta*, ut *ophthalmiarum effectu*, in paragrapho de cataracta quaestio fiet.

### *Glaucoma.*

24. *Glaucoma* est *corporis vitrei obscuritas* (66) plernaque *cataractae viridis* comes. Utroque mala vel ab ophthalmia arthritica gignuntur, vel sine praevia inflammatione originem chronicam agnoscant. Societatem cum statu varicoso

(65) Imaginem pulchram hujus morbi exposuit WALTHER in *Abhandl. aus d. Gebiete d. prakt. Medicin, besond. d. Chirurgie u. Augenheilk.*

(66) DEMOURS op. c. Tab. XX. fig. 1.

vasorum oculi ineunt. Propius in paragrapho de cataracta, ut mala insanabilia describentur.

*Synchysis.*

25. *Synchysis* dicitur *humoris vitrei resolutio*. Signa hujus mali sunt: visus labefactatus, vel, praeter quandam lucis perceptionem, delectus, pupilla angustata, et margo pupillaris iridis plus minusve angularis. Si morbus praeviae ophthalmiae originem debet, iris aut plane immobilis fit, aut sub quovis motu oculi veloci instar acus magnetici retrorsum oscillat. Plerumque lens crystallina ocyus serius cataracta molli veluti caseosa corripitur. Oculus totus mollis est, et flaccidus, atque sclerotica sub compressione plicas exhibit. *Synchysis* vel ex iritide syphilitica, vel ex lue chronicō modo evolvitur. Et mercurii abusus ad cam excitandam conferre videtur (67). Quocumque in casu humor vitreus consistentiam albuminis amittit, et humori aquoso similis redditur. *Membrana hyaloidea* adeo tenuis, et friabilis evadit, ut a levissimo licet attactu dilaceretur (68). *Synch-*

(67) MARAT *an inquiry into the nature, cause and cure of a singular disease of the eyes, hitherto unknown and yet common, produced by the use of certain mercurial preparations.* Lond. 1776. BEER op. c. 2. Th. p. 259.

(68) *Membrana hyaloidea alias detecta est, vel obscurata* (MOHRENTHAL's *Beitrage.* 1. B. p. 279.) *vel in massam steato-*

sis incipiens cum visu solum labefactato, quandoque diaeta nutrita, vino generoso, aëre puro rusticano, motu congruo, et usu radicum *smilacis sarsaparillae*, et *chinae nodosae* sanata est (69), nunquam vero proiectior cum visu deleta per tabem oculi terminatura.

*Hebetudo visus.*

26. *Hebetudo visus (amblyopia)*, utpote ophthalmiarum praegressarum effectus originem thahere potest tum a vitiis hucusque recensisit corneae, humoris aquei, pupillae, camerae posterioris, capsulae lentis, et corporis vitrei, tumque a *vitiis retinae*, et *nervi optici*. De istis sub nomine *amblyopiae nervosae* in specie. Qui morbus praeter visus labefactionem et nonnulla signa in specie indicanda nil, quod in sensu caderet, exhibit. Diagnosis hinc praesertim ex morbis praegressis instituitur. Spectant ad eos *ophthalmia interna*, *iritis*, et *chemosis*. Morbi hujusmodi vario pacto amblyopiae, de qua agitur, ansam porrigere vi-dentur: nempe 1.<sup>o</sup> pulpam nervi optici, et ejusdem propaginem destruendo, emolliendo, aut indurando (70): 2.<sup>o</sup> blepharo-spasmum excitando,

matosam et calcaream commutata (*Medical observations and inquiry. Vol. II. N. 14.*).

(69) BEER I. c. p. 260.

(70) Cfr. Cap. de amaurosi.

quo malo diu perstante, a continua bulbi oculi compressione *torpor retinae* expectari debet, et 3.<sup>o</sup> vasa sanguifera choroideae varicoso-ossea (71) reddendo, unde iterum inevitabilis retinae evadit compressio. Tandem methodus antiphlogistica, et praesertim obscuritas ultra debitos limites adhibita systematis nervosi oculorum robur infringunt. Amblyopia, quae ex vitiis in nervo relictis, et ex blepharo-spasmo oritur, oculorum ictum languidum, lucis intolerantiam, et pupillam angustam exhibit. Plerumque mala ista ex ophthalmiis scrophulosis, et rheumaticis relinquuntur. Praesente statu varicoso vasorum choroideae, uti post ophthalmias indolis arthriticae, scorbuticae, vel et scrophulosae contingit, pupilla dilatata est, iris versus corneam propulsa, et in motu segnis, conjunctiva vasis turgidis notata, sclerotica livida, bulbus oculi durior cum lucis morbosae evolutione. Prognosis amblyopiae nervosae a causa, et conditione aegrorum pendet. Vitia nervi remedijs in amaurosi proponendis aggredimur. Torpor retinae a compressione bulbi oculi in *electricitate galvanica* optimum auxilium invenit, quae vero electricitas, praesente varicosa

(71) WALTHER *Anat. Museum.* 1. B. N. 292. p. 146. N. 293.

I. 294. Et concrementa ossea in choroidea detecta fuere, testantibus MORAND (*Mém. de l'Acad. R. de sciences* 1730.), MORGAGNI (*Epist. LII. §. 31.*), GUNZ (*Progr. de ozaena maxillae*).

vasorum eonditione, cane, et angue pejus fu-  
gienda. Et *herbae euphrasiae officinalis* infu-  
sum interne tentari potest.

*Amaurosis.*

27. De *amaurosi* ex *praevia ophthalmmitide* in capite de *amaurosi* dieemus.

*Cirsophthalmia.*

28. *Cirsophthalmia* status varicosus vasorum sanguiferorum totius oculi voeatur. Oculus hoc in morbo adspectum horrendum exhibit; apparet enim bulbus conicus, volumine auctus ita, ut vix, aut ne vix quidem a palpebris cooperiri queat, durus, aegre movendus cum conjunctiva undique vasis varicosis notata. Color sclerotieae variis in locis tumidae fere plumbeus est, ac cornea saepe staphylomate laborat, aut saltem opaea eernitur. Pupilla, nisi forte atresia correpta, dilatata, et angularis. Visus, quin immo ipsa linea perceptio, deleti. Ophthalmia arthritica, et plieosa saepius cirsophthalmiae ansam porrigit; quod malum facile cum glaucomate, et cataracta viridi societatem inire solet. Sibimet ipsi relieta cirsophthalmia diu sine periculo persistat; quo primum antem medendi conatus intempestivi, aut violentiae externae superaccidunt, haemorrhagiae discrimine plenae, aut cancer oculi inevitabiliter sequuntur.

*Exophthalmiae.*

29. Bulbus oculi extra orbitam protrusus *exophthalmum* constituit. Est autem exophthalmus triplicis generis: oculus enim extra orbitam versatur, 1.<sup>o</sup> vel ob dilacerationem, aut paralysin plurimorum muscularum suorum (*ophthalmoptosis*): 2.<sup>o</sup> vel ob corpus aliquod bulbum oculi e proprio loco expellens (*exophthalmus proprie dictus*), et 3.<sup>o</sup> ob volumen ipsius bulbi auctum (*exophthalmia*). *Ophthalmoptosis* effectum sistit vulnerum, nisus (72), apoplexiae, ac febrium (73), aliorumque morborum (74), praecipue eorum, qui ab extravasato circa pedunculos cerebri (nervorum tertii paris origines), aut circa sinus cavernosos (prope quos par illud nervorum decurrit), aut ex abscessu super orbitam (\*) orti sunt. *Exophthalmus proprie dictus* originem trahere potest a glandulae lacrymalis tumore (75), a tumoribus

(72) PHIL. SALMUTHI obs. med. Brunsw. 1648. Cent. III obs.

15. p. 119 Encycloped. chirurg. 96. HALLER element. physiol. L. VIII. sect. 4. §. 36.

(73) PETR. BONETTI hist. et obs. med. phys. Cent. II. obs. 97. p. 191.

(74) SALMUTH I. c. Cent. II. obs. 42. p. 78.

(\*) Commentatio pathologico-anatomica exhibens morbum cerebri oculique singularcm, paucis de exophthalmia, exophthalmo, et ophthalmoptosi adjectis, auctore Fr. Aue. LAMMANN. Lips. 1820.

(75) §. XII. N. I.

cysticis, aliisque praesertim textus adiposi fundum orbitae adimplentis (76), nec non ab *hydatidibus* (77) circa orbitam, vel in ipsa orbita oculum habentibus (78), ab aneurysmate (79), a

(76) DEMOURS op. c. T. I. p. 484. Tab. LVI. fig. 1.

(77) In exophthalmo ab *hydatide glandulae lacrymalis* pro ducto (de qua legatur A. SCHMIDT ub. d. Krankh d Thranenorgans p. 74. et BEER op. c. 2. Th. p. 597.) bulbus oculi semper versus angulum nasalem premitur. Aeger sensum, ac si retro oculum quid, hoc viscus expellens, ja-ceret, percipit. Dolor snb motu oculi, praesertim nasum versus, augetur ac saepe lucis morbosae evolutio tunc ap-paret. Quo magis bulbus extra orbitam expellitur, eo magis visus labefactatur. Crescente malo ipse bulbus inflammari ac degenerare solet. Utrum hydatis, de qua seimus est, so-lum dilatatio cellulae cuiusdam lacrymalis sit, an ad *taeniam hydatigenam* pertineat, ignoratur. Hoc solum constat, malum istud rarissimum admodum periculosum esse, ac manum chirurgicam exposcere.

(78) ST. YVES *traité des maladies des yeux*. p. 174. MAUCHART resp. WEEER diss. de tumore cystico palpebrarum. Tub. 1750. §. 17. WARNER'S *Chirurg Vorfalle und Bemerkungen* Leipzig. 1787. Beobacht. 5. LOUIS in *mém. de l' Ac. chir.* ACRELL'S *chirurg. Vorfalle*. 1 B p. 86. BROCKESBY in *Journ. T. V. N. 8. de méd. et chir.* 1770. T. 34.

(79) TRAVERS in *Medico-chirurg. Transact. Vol. 2 Edit. 2.* 1813. Observabatur solum oedema palpebrarum cum tu-more pulsante ad illarum margines, et capitis obtuso do-lore. Compressa carotide communi pulsatio cessabat. Pe-raeta ligatura hujus arteriae, malum evanuit.

sanguine in orbitae cavitatem extravasato, et ab exostosi orbitae (80), quibus in casibus bulbus oculi saepe volumen, ac figuram normalem retinens, vel solum inter palpebras prominet, vel genis iucumbit, quin immo apicem nasi, et os attingit. Visus ob distensionem nervi optici, saltanti pro tempore amittitur (81). *Exophthalmia* originem debet vel fungo, vel sarcomati (*e. fungosa*, *sarcomatosa*), vel scirrho (*e. scirrhosa*), vel cancro (82) (*e. carcinomatica*). *Exophthalmia fungosa* vallos difformes ex pallido rubros primum circa corneam (83, dein super eam extensos exhibet. Palpebrae bulbum oculi cooperire recusant, qui dein, praeviis haemorrhagiis, crusta brunnea (84) obtegitur; qua crusta vix sublevata, en novum sanguinis pro-

(80) *Mosque chir. Nouvelles. Wien 1783.* RICHTER'S *chir. Bibl.* 7. B. p. 713. HOPE *Phil. Trans.* v. LESKE'S *auser. Abh.* 3. B. p. 1. RICHTER I. c. 4. B. p. 343. KOHLER *Beschr. d. Loderischen Praeparate.* p. 29. N. 100. SPORING *Konigl. Vetensk. acad. Handlinger. Vol. 3.* p. 181. ACRELL. I. c. p. 105.

(81) *Exempla a Mosque, HOPE (II. cc.) et WHITE (cases of sugery. Lond. 1770. p. 135.), aliisque enarrata docent, ablata caussa bulbum oculi ex orbita expellente, posse quandoque visum restitui.*

(82) W. I. WILSON in *the Lond. med. Repository.* 1818. Jun

(83) Op. c. 2. Th. Tab. II fig. 6.

(84) HEISTER *med. chir. Wahrnehm.* 2. B. p. 206.

fluvium ab omni ulteriori examine absterrens. Exophthalmiae fungosae varietatem *fungus haematodes oculi* egregie a WARDROPIO (85) descriptus sistere videtur; qui morbus ruptura corneae, ex qua excrescentia fungosa sanguinem fundens evolvitur, saepeque cum tumore parotidis terminari solet. Praeter bulbi totius destructionem, nervus opticus usque ad thalamum suum vario pacto corruptus (86) invenitur. Fungus haematodes ex ophthalmia traumatica prodit, ac praecipue infantibus sub duodecimo aetatis anno proprius est. *Exophthalmia scirrhosa* tumorem inaequalem, durum bulbi oculi praesefert. Aeger de sensu ponderis in parte affecta conqueritur. Bulbi oculi motus plane impeditus cernitur. Saepe glandulae colli, et subaxillares simul tument. Morbo ad acmen perdueto, bulbus oculi massam firmam brunneam, et plane deformem constituit (87). Evolvitur inde *exophthalmia carcinomatica*, quae quandoque originem suam et simplici nodulo conjunctivae

(85) *Obs. on fungus haematodes or soft cancer in several of the most important organs of the human body.* Edinb. 1803 DEMOURS Tab. XXXIV. fig. 1. XLII. fig. 1.

(86) *Casus ACRELLII legi meretur.* Chir. Vorfalle. 1<sup>o</sup> B. p. 96.

(87) *FABR. HILDANOS* obs. chirurg. cent. I obs. 1. Oculum cancrosum vigesies pondus oculi sani excessisse refert HEISTER Inst. chir. T. 1. Tab. 18. fig. 14.

(*caruncula maligna*) debet. Quocumque in casu oculus vasa sanguinea maxime varicosa redditia exhibet. Accedit febris lenta, ac cancer prius occultus apertus evadit. Oculus tunc propriae fabricae imaginem vix conservans (88) effluxum sanguinis largitur, intercurrentibus haemorrhagiis, a quibus quid virium supererat aufertur (89). Enfinem ophthalmiarum, in primis scrophulosarum, ac plicosarum male curatarum. Si in exophthalmia fungosa ea solum conjunctivae pars, quaē scleroticam obducit, tumeat, bulbisque oculi, caeterum sanus a palpebris adhuc cooperiri possit, malum ope *lapidis infernalis sicci*, et si iste effectu destituatur, ope *butyri antimonii* auferri posset. Alias ad enlirum recurrentum (90) *Exophthalmia scirrhosa* quidem diu sine imminentia vitae periculo existere potest, at, minima vi externa accidente, illieo in *cancrum* transit. Conanina scirrum oculi, deducto in auxilium *conio maculato*, *mercurio*, aut *flammula Jovis* debellandi

(88) RICHTER chir. Bibl. 1. B. 4. St. p. 130. RAMSTROEM v.

ACRELL's chir. Vorsalle. 1. B. p. 93.

(89) « Postquam vero et oculum contueri datum fuerit, si quidem compertus fuerit *ruptus*, et per fissuram prominuerit oculus, malum est, et difficile ut sedetur. Si vero et putredo tali suberit, penitus inutilis oculus redditur ». HIPPOCRATES Praedict. L. II.

(90) BEER op. c. 2. Th. p. 228.

non solum frustranea, sed, utpote aegrorum constitutionem, forte adhuc tolerabilem, plane labefactantia damnosa sunt; hac sub rerum enim positione nulla nisi in *extirpatione oculi* spes. Verum operatio istiusmodi (91) tuuc solum cum successu institui potest: 1.<sup>o</sup> si scirrhus oculi a violentia externa excitatus fuerit; 2.<sup>o</sup> si ex interno oculi dolore, ex vasorum varicosorum incremento, nec non ex volumine bulbi de die in diem majori ad evolutionem cancri arguere licet; 3.<sup>o</sup> si in aliis visceribus nulla vitii carcinomatici vestigia obveniant, et 4.<sup>o</sup> si bulbus oculi undique mobilis sit, ex quo sat tuto concludi potest, partes adjacentes adhuc a scirrho immunes esse. Indicata operatio sine temporis jactura ad leges (92) instituenda. Quod et de *caruncula maligna* vallet causticis, non excepto *remedio Cosmi*, plane rebelli. Extirpationi *oculi cancerosi* tunc adhuc locus est, si praeter indicationem quartam pro operatione scirrhi oculi requisitam febris hectica desit.

### *Tabes oculi.*

30. *Consumptio oculi* illius constituit tabem. Quod malum nunc ex praeviis ophthalmiis, et sup-

(91) Lege de hac operatione, praeter alios, Louis in *Mém. de l'Ac. R. de chir.* T. V. edit. in 4.

(92) BEER I. c. p. 231.

puratione oritur, nunc modo chronicò evolvitur. Ibi morbus *phthisis oculi*, hic *atrophia oculi* (*rutidosis*, *rythidosis*) dicitur. Si consumptio solam *corneam* respiciat, pro re nata morbus nomen vel *phthiseos*, vel *atrophiae corneaे* obtinet. Morbus hujusmodi a *corrugatione corneaे*, subsidentiae istius membranae effectu, ac ex jactura humoris aquei orta distingui debet. *Phthisis oculi*, et *corneaे* praeципue ophthalmiis scrophulosis, variolosis, et chemosi tribuenda. *Atrophia oculi*, et *corneaे* ab ophthalmiis traumaticis, et affectionibus arthriticis oculorum derivanda. Quo ultimo in casu caussam arthriticam ulceribus artificialibus ab oculo revocando quandoque ars quidpiam praestare potest. Secus autem in *phthisi oculi*, et *corneaे*. Generatim, dum oculus, et cornea tabe incurabili laborant, ad *oculum artificialem* (93) (quondam *ecblephari*, *hypoblephari* dicti) recurrentum est, dummodo a corpore isto extraneo sub palpebris secundum regulas artis (94), intruso nova non excitetur inflammatio facile in cancrum abitura.

(93) MAUCHART Diss. de oculo artific. ecblepharo, et hypobleph. Tübing. 1749. ST. YVES op. c. p. 370. *Traité pratique de l'oeil artificiel par HAZARD-MIRault*. Paris 1818.

(94) BEER I. c. p. 273.

## §. XXXII.

## CATARACTA.

*Definitio.*

1. Obstaculum visus inter corpus vitreum,  
et uveam locatum *cataractam* (95) constituit.

*Scriptores.*

2. De cataracta optime scripsere: ALBINUS (96), WOOLHOUSE (97), S. YVES (98), A. G. RICHTER (99), WARNER (100), POTT (1), MEJAN (2), BRUNER (3), MORENHEIM (4), SIEBOLD

(95) *Synonym.* a gr. καταράξεις, confundere. Lat. Suffusio (quo tamen nomine antiquiores etiam alia vitia visus indigitant). Germ. der graue Staar. Gall. la cataracte. Angl. a cataract. Ital. cataratta. Pol. Katarakta.

(96) Diss. de cataracta. T. 1695. HALLER coll. diss. chir. Vol. II. N. 32.

(97) Diss. de cataracta, et glaucomate. Fr. 1719.

(98) Op. c.

(99) Abhandl. v. d. Ausziebung d. grauen Staars. Goett. 1773.

(100) Chirurgische Vorfälle.

(1) Chir. obs. relative to the cataract. Lond. 1775.

(2) Diss. de cataracta. Montp. 1776.

(3) Diss. de cataracta. Goett. 1781.

(4) Op. c. Cfr. RICHTER's Bibl. 7. B. p. 541.

(5), ACRELL (6), WALTHER (7), WILLBURG  
 (8), WENZEL (9), BEER (10), SCHIFERLI (11),  
 WERNHOLD (12), WALTHER (13), JOUNY (14),  
 MONTAIN (15), LANGENBECH (16), PELLIER (17),  
 BENEDICT (18) etc.

*Symptomata.*

3. Cataracta symptomatibus sequentibus insinuari solet: aeger objecta, praesertim alba, et candelam accensam veluti nebula involuta cernere incipit. Opacitas mox retro centrum pupillae apparet. Visus eadem ratione imminuitur,

(5) V. LODER's *Journ. f. d. Chir.* 3. B. p. 388.

(6) *Chirurg. Vorfälle.* 1. B. p. 105, 130.

(7) *Diss. on the theory and cure of the cataract.* Lond. 1785.

(8) *Betracht. ub. d. Operation d. Staars.* Nurnb. 1785.

(9) *Traité de la cataracte.* Paris 1786.

(10) *Prakt. Betracht. ub. d. grauen Staar u. d. Krankheit der Hornhaut.* Wien 1791. Et opus cit. 2. Th. 2. Absch.

(11) *Theor. prakt. Abhandl. ub. d. grauen Staar.* Jen. 1797.

(12) V. LANGENBECK's *Bibl. f. d. Chir.* 3. B. p. 115.

(13) *Abhandl. aus d. Gebiete d. Augenheilk.* 1. B. N. 1.

(14) *In Edink. Essays and observ.* Vol. 2. p. 355.

(15) *Traité de la cataracte.* Paris 1812.

(16) *Bibl. f. d. Chir.* 2. B. p. 506 538. 4. B. p. 254. 333.

363. 373. Et *Prufung. d. Keratonixis.* Gott. 1811.

(17) *Recueil des mém. sur les maladies, qui attaquent l'oeil.*

V. RICHTER's *Chir. Bibl.* 8. B. p. 19.

(18) *Monograph. d. grauen Staars.* Bresl. 1814.

qua opacitas illa augetur. Margo pupillaris iridis sub forma annuli nigri nunc prodit (19). Iridis motus nunquam deletus, rarissime impeditus. Aeger minus in loco lucido, quam in obscuriori videt. Incipiente morbo, conspicilla convexa illi optime inserviunt, tardius objecta jam amplius ab eo discerni nequeunt, et sola lucis perceptio relinquitur.

*Divisio.*

4. *Cataracta in veram, et spuriam dividitur.* Obstaculum visus ibi inter confinia capsulae lentis, hic inter parietem anteriorem capsulae, et uveam jacet.

*Monitum.*

5. *Cataracta vera, nisi aliis morbis super'accedens, plerumque per se existit; cataracta spuria e contrario fere semper cum opacitate capsulae anterioris lentis; igitur cum cataracta vera societatem init.*

*Cataractae verae species.*

6. *Cataracta vera quatuor agnoscit species, nempe c. lenticularem, c. capsularem, c. Moggagnianam, et c. capsulo-lenticularem.*

(19) BEER op. c. 2. Th. Tab. III. fig. I. conspicitur nigredo marginis pupillae ob id praesertim, quod illi color griseus, cataracta scilicet subjacet.

*Cataracta lenticularis.*

7. *Cataracta lenticularis* pede pressim evolvitur, atque in centro lentis (20) constanter incipit. Color hic observatur ex flavo griseus, qui versus peripheriam lentis sensim sensimque pallidior evadit (21). Motus iridis vix unquam inhibitus, ac annulus niger ad marginem illius pupillarem evidentissimus est. Visus haud omnino deleri solet, ac, applicito super oculum hyoscyamo, vel atropa belladonna, objecta, quorum radii in pupillam lateraliter incident, ut plurimum sat bene distinguuntur. Lens magis convexa, quin inde ambitus camerae posteriores multum imminutus appareat.

*Cataracta capsularis.*

8. *Cataracta capsularis* (22) plerumque a peripheria capsulae lentis sub forma vel punctorum, vel striarum, vel macularum candidarum incipit. Annulus niger marginis pupillaris quandoque evidenter, quam in cataracta len-

(20) Observante BEERIO (l. c. p. 295. in nota) cataracta datur, recenter natis non parcens, quaeque per totum vitae curriculum nil, nisi punctum album in centro lentis exhibet Accipit illa nomen *cataractae lenticularis centralis*.

(21) L. c. fig. I.

(22) *Cataracta membranacea* nonnullorum.

ticulari est. Motus iridis plerumque segnior. Cataracta capsularis haud diu existit, quin lens ipsa afficiatur. Subdividitur ea in *tres varietates*, scilicet in *c. capsularem anteriorem* (23), *posteriorem*, et *universalem*, seu *perfectam*, quarum varietatum signa a BEERIO accuratissime traduntur (24).

*Cataracta Morgagniana.*

9. *Cataracta Morgagniana*, s. *lactea* (25) colliquationem lentis in liquorem lacti similem referens, nplurimum caussis oculum chemice laedentibus originem debens rapide evolvi solet (26). Pupilla veluti nebula alba obducta appetet (27). Nebula ista sub motu vel oculi, vel iridis formam mutat. Oculo autem diu quiescente, veluti in duo strata separatur, quorum superius minus, quam inferius candidum est. Camera posterior oculi fere deleta. Visus, nisi jam capsula affecta sit, haud omnino deficit; ast objecta nebula obducta cernuntur.

(23) L. c. fig. 2.

(24) L. c. §. 13, 15.

(25) *Cataracta lactea auctorum*, a *cataracta puriformi* probe distinguenda.

(26) Spatio quindecim dierum cataractam lacteam oculi sinistri, praevio dentium dolore vehementi ejusdem lateris evolutam vidi in femina gravaida Vilnensi.

(27) L. c. fig. 3.

*Cataracta capsulo-lenticularis.*

10. *Cataracta capsulo-lenticularis* uveam attingit, iridem fere immobilem propellit, ac strata coloris partim cretae, partim margaritae exhibit, relicta tantum lucis perceptione. Plurimas illius varietates statuit BEER, modo cum pariete anteriore capsulae luxuriante (28), aut veluti trabe cartilaginea, vel ossea instructo (29), modo cum pseudo-membranulis (30), et bursis ichorem continentibus (31), superficie anteriori capsulae adhaerentibus, modo cum nexu inter

(28) *Cataracta capsulo-lenticularis marmoracea stellata, fenestrata, centralis, punctata, et dimidiata.*

(29) *Cataracta capsulo-lenticularis trabecularis* BEERII. *Cataracta capsulo-lenticularis cum zona* SCHMIDTH. Gall. *Cataracte barrée.*

(30) *Cataracta capsulo-lenticularis pyramidata* BEERII (I. c. p. 297.) a superficie anteriore capsulae pseudomembranula conica cum margine pupillari iridis plane immobili cohaerens, quandoque usque ad cameram anteriorem oculi protrusa proficiscitur.

(31) *Cataracta capsulo-lenticularis cum bursa ichorem continente* (BEER I. c. p. 30). Haec bursa plerumque interuentem, et capsulae superficiem posteriorem jacet. Continet ea aliquando pus foetidum, unde *cataracta putrida* dicta est (a SCHIFERLI op. c.). Aegri tali cataracta laborantes habitum cachecticum prae se ferunt. Color cataractae citrinus. Iris parum mobilis, camera posterior deficit ac pauca adest lueis perceptio.

capsulam, et lentem imminuto (32), modo cum lente, et capsula exsiccata (33).

*Cataractae spuriae species.*

11. *Cataracta spuria ophthalniarum, et violentiarum externarum effectus dividitur in cataractam lymphaticam, purulentam, grumosam, et arborescentem.*

*Cataracta lymphatica.*

12. *Cataracta lymphatica, communissima omnium effectum inflammationis iridis, capsulae, lentisque ipsius sistit. Jungitur saepe cataractae verae. Per se cataracta lymphatica pupillam angustam, angularem, iridem vix mobilem, visum limitatum, aut deletum, ac mox re-*

(32) *Cataracta cystica* (RICHTER v d Ausziehung des grauen Staars. p. 5. Ejusd Anfangsgr. d Wundarzn. 3. B. Seite 171.) praesertim varietates illius, quae dicuntur: *Cataracta capsulo-lenticularis tremula*, et *c. capsulo-lenticularis natatilis*. Cataracta istiusmodi candida pro varia capitum positione uveam nunc antrorum pellit, nunc ab ea recedit, atque hinc inde tremere, aut natare videtur (BEER I. c. p. 296.).

(33) *Cataracta capsulo-lenticularis arida siliquata*, recens natis familiaris, at neque adultis omnino parcens (*cataracta gypsea*), circumferentiam parvam, colorem griseum, distantiam ab uvea magnam, et iridem plane mobilem exhibet. (BEER I. c. p. 298, 301. Tab. III. fig. 1.).

tro pupillam rete *candidum* (34) ex lympha coagulabili efformatum exhibit.

*Cataracta purulenta.*

13. *Cataracta purulenta* a reliquiis *hypopyi* (\*) originem trahit. Exhibit pupillam parvam, ad margines cum corpore puriformi cataractam constitente flavo concretam, hinc inaequalem, iridem immobilem cum visu, et saepe cum lucis perceptione deleta.

*Cataracta grumosa.*

14. *Cataracta grumosa* aut ex *haemophthalmo* (35), aut ex *hypopyo cruento* pullulat. Praeter consueta cataractae spuriae signa retro pupillam primo in casu rete rubellum, in quo filamenta veluti argentea decurrunt, alio vero in casu corpus densum inaequale, punctis rubris, vel brunneis notatum microscopii ope detectuntur.

*Cataracta arborescens.*

15. *Cataracta arborescens*, seu *choroidalis* ex violentiis oculo illatis oritur, quarum ope pars pigmenti uvae recedens super capsulam lentis sub forma tridentis conjicitur. Labefactatur inde illico visus, ac, examinato oculo cum

(34) BEER oper. cit. Tab III. fig. 6.

(\*) §. XXXI N. 17.

(35) L. c. N. 20.

microscopio, superficies lentis a flocculis pigmenti obducta detegitur. Si violentia recessione pigmenti producens simul ophthalmiam traumaticam excitat, tunc uvea ad marginem pupillarum cum capsula lentis, imminuta lucis perceptione, concrescit; si vero violentia locum obtinuit, quin inflammatio secuta sit, tunc iris, perstante lucis perceptione, mobilis manet.

*Divisio cataractae ex consistentia.*

16. Magni porro momenti divisio cataractae ab illius *consistentia* deponita habetur. Dividitur hoc sub respectu *cataracta in duram, mollem, fluidam, et fluido-duram.*

*Cataracta dura.*

17. Quaevis *cataracta dura*, seu *tenax* a pupilla distat, colorem sat obscurum habet, motus iridis vivaces reddit, ac videndi facultatem ex parte tantum circumscribit. Ad cataractas duras cum lente aliquando ossea (36), lapidea (37) spectant *cataracta cystica, pyra-*

(36) HEISTER med. chir. anat. *Wahrnehm.* 2. B. RICHTER v. d. Auszieh. d. grauen Staars. p. 8. MORGAGNI l. c. Epist. LII §. 31. WALTER l. c. p. 134. N. 264.

(37) MORGAGNI op. c. Epist. XIII. §. 9. JANIN op. c. p. 288. ACRELL Chir. *Vorfalle.* 1. B. p. 121. SIBBERN Collect. soc. med. Hafn. 1775. Vol. I. p. 818. WALTER anat. *Museum St.* p. 148. N. 295.

*midalis, arida, siliquata, gypsea, et trabecularis.*

*Cataracta mollis.*

18. *Cataracta mollis*, seu *gelatinosa* prodit se colore ex albo griseo, quandoque viridi, non aequali, sed variegato, visu, quin immo lucis perceptione deletis, iridisque motu segni. Spectat saepe huc *cataracta lenticularis*, ea non excepta, quae in aetate senili obvenit (38).

*Cataracta fluida.*

19. *Cataracta fluida* vel ex signis *cataractae Morgagniana* (39) dignoscitur, vel ob capsulam lentis simul obfuscatam ante operationem cognosci nequit.

*Cataracta fluido-dura.*

20. Ad *cataractam fluido-duram* aliquando *cataracta Morgagniana* revocatur, dum scilicet vapor MORGAGNII plane fluidus, lens autem dura est. Cataractae fluido-durae adnumeramus *cataractam cum bursa ichorem continente.*

*Divisio ex magnitudine depromta.*

21. Quod spectat divisionem cataractae ex *magnitudine* illius depromtam, sufficiat meminisse, quod quaevis *cataracta lenticularis* dura,

(38) BEER opinionem vulgarem, quod quaevis *cataracta* in senibus dura sit, refutat op. c. p. 311.

(39) N. 9.

et quaevis cataracta arida siliquata *parva* est ; e contrario quod quaevis cataracta mollis, ac quaevis cataracta cystica *magna* reperiatur.

*Divisio cataractae ex origine.*

22. Nec divisio cataractae in *recentem*, et *inveteratam* silentio praeterunda est ; illa enim saepe cum conditione inflammatoria oculi exstat, atque summas pro operatione cantelas exposcit.

*Divisio cataractae quoad maturitatem.*

23. Non minoris operatori momenti est divisio cataractae in *immaturam*, et *maturam*. Pro operatione quaevis cataracta *matura* dicitur, quae jam amplius incrementum assumere recusat, et vice versa. Quamobrem cum cataractae extant, quae sic constitntae sunt, ut nunquam magnum volumen acquirant, clare patet, cataractam *maturam* dici posse, quamvis ea neque visum plane anferat, neque pupillam omnino adimpleat. Exemplo sunto *cataracta capsulo-lenticularis arida*, *siliquata*, et *natalilis*.

*Divisio cataractae in simplicem et complicatam.*

24. Divisionibus cataractae cum meinorabilissima earum finem imponimus, cum divisione scilicet cataractae in *simplicem*, et *complicatam*. Cataracta dicitur *simplex*, dum in corpore absoluta sanitate gaudente, et in oculo a quocumque

alio vitio alieno locum obtinet. Cataracta *complicata* hinc triplicis erit generis, prout vide-  
licet eam vel morbus universi corporis, vel aliud  
vitium oculi, vel utrumque simul comitatur.  
Ad vitia oculi, quae cum cataracta complicari  
queunt, spectant *synechia anterior*, *angustatio*  
*pupillae*, *atrophia oculi*, *hydrophtalmus*,  
*cirsophthalmia*, *maculae*, et *cicatrices cor-*  
*neae*, *pterygium*, et *maxime glaucoma*, *syn-*  
*chesis*, et *amaurosis*. De istis tribus compli-  
cationibus in specie dicamus.

*Cataracta complicata cum glaucomate.*

25. *Cataracta cum glaucomate complicata* viridis, et ita voluminosa est, ut sibi per pupilla-  
lam corneam versus viam paret (40). Praeterea  
stipari ea solet iride immobili, decolori, an-  
nulo minori orbata, pupilla versus angulos oculi  
dilatata, evolutione lucis morbosae (*photopsia*),  
statu varicoso vasorum sanguiferorum totius bulbi  
durissimi reddit, et capitis saevo, et diurno  
dolore.

*Cataracta complicata cum synchesi.*

- 26. *Cataracta*, quae cum *solutione perfecta*  
*corporis vitrei* (*synchesis*) complicatur, tre-

(40) BEER I. c. Tab. III. fig. 5. DEMOURS op. c. Tab. XXI.  
fig. 1.

mit, iride mox anterius, mox posterius fluctuant, nec non bulbo oculi plus, minusve atrophicō, et molli instruitur. Quod si synchesis haud fuerit omnino evoluta, signa enarrata, praeter mollitiem oculi, et iridem sub veloci oculi motu fluctuantem desiderantur.

*Cataracta complicata cum amaurosi.*

27. *Cataracta cum amaurosi complicatio-*  
*nis serius (41) quaestionem injiciemus.*

*Cataracta accreta.*

28. Restat ut de *cataracta accreta*, quatenus complicationis specie, sermo instituatur; potest enim cataracta vel cum uvea per pseudo-membranulas concrescere, vel cum membrana hyaloidea firmissime cohaerere. Quandoque capsula cum lente nexum abnormem alit, aut plurima ex recentis concretionibus simul contingunt. Prima solum illarum ante operationem cognosci potest; cognoscitur enim concretio cataractae cum uvea per marginem pupillarem iridis haud plane rotundum, per motum membranae hūjusmodi plus minus cohibitum, per cataractam candidissimam prope uveam jacentem, per lucis perceptionem labefactatam, et maxime habita ratione processus inflammatorii oculi praegressi.

*Monitum.*

22. Locus hic est monendi, de cataractae complicationibus rectius judicium haud ferri posse, praeterquamquod ex historia morbi; quin immo ex biographia medica aegroti ab ovo sedulo collecta, et perpensa fertur.

*Cataracta complicata cum morbis totius corporis.*

30. Series conspicua morborum universi corporis cum cataracta societatem inire solet ita, ut cataracta omnis complicationis expers rarius, quam vulgo creditur, obveniat. Frequentissime cataracta cum morbis ex diathesi scrophulosa, arthritica, venerea, plicosa, et nervosa pullulantibus complicari solet.

*Caussae cataractae generales.*

31. *Caussis cataractae* tum praedisponentibus tum excitantibus adnumeramus vitium haereditarium (42), vel congenitum (43), senectutem, defatigationem oculorum, praesertim per electionem, et scriptio[n]em nocturnam, per labores

(42) De cataracta vi imaginationis matris puero in utero communicata, v. HORST. P. II. fol. 633. Cfr. GLEIZE nouv. observ. v RICHTER's chir. bibl. 10. B. p. 147.

(43) BAZZI in opuscoli scielti. T. 7. BARTOLOZZI Diss. sopra una cieca nata guarita. Verona 1781. FAEBR. HILDANUS cent. V. obs. 3.

microscopicos , aliosque intentionem visus ex-  
poscentes (imprimis sub luce vel nimia , vel  
deficiente, et corpore anterius flexo susceptos ),  
radios solares drepente , potissimum praevia  
obscuritate , in oculos incidentes , aut caput  
exaestuantibus ( v. g. apud milites galeis metal-  
licis ornatos, et itineratores , rusticosque mes-  
sis tempore ) , fulmen (44), ignem in culinis ,  
officinis fabrorum ferrariorum, vitriariis , et si-  
milibus , exhalationes acidorum mineralium , li-  
xiviorum causticorum , vapores acres , pulverem  
calcis , violentias externas oculis illatas (45) , ut  
concussiones nexum lentis cum partibus vicinis  
auferentes , febres corticee praeponere sanatas  
(46) , abusum liquorum fermentatorum , vene-  
rem nimiam (47) , ophthalmias internas chroni-  
cas (48) , maxime indolis arthriticae , syphili-  
tiae , gastricae (49) , et tandem sanationem in-

(44) SCHMIDT ub. *Nachstaar u. Iritis nach Staaroperatio-  
nen.* Wien 1801. p. 263. Cfr. MICHAELIS in RICHTER's  
*chir. Bibl.* 6. B. p. 158.

(45) NICOLAI Diss. de cataractae caussis externis. Jen. 1776.

(46) BURCHART in satyr. Lip. spec. 7.

(47) PANAROLUS Pentecost. II. obs. 6.

(48) WALTER l. c.

(49) SCHIFERLI *Theor. prakt. Abh. ub. d. grauen Staar.*

STOLL Rat. med. P. III. p. 403.

cautam impetiginum (50), ulcerum chronicorum (51), plicamque reconditam (52).

*Prognosis, et cura.*

32. Solum cataracta ex caussis istis ultimis orta, neandumque proiecta quamdam resolutio-  
nis spem alere sinit. Neque id per specificum aliquod, sed potius per methodum, qua in ge-  
nere diathesi arthriticae, syphiliticae, gastricae  
occurrimus, morbos cutis praepostere sanatos  
revocamus, et latentes foras pellimus. Mirum  
hinc non est, quamdam pro re nata sibi pro-  
meruisse laudem *aconitum napellum* (53),  
*chelidonium majus* (54), *conium maculatum*  
(55), *pulsatillam nigricantem* (56), *millepe-*

(50) SCHIFERLI l. c.

(51) TIMAEUS L. I. obs. 28. WEDEL in Eph. Gerin. Dec. II.  
an. 3. obs. 183.

(52) DE LA FONTAINE op. c. p. 73, 75, 78.

(53) STOERK libellus, quo continentur experimenta etc.

(54) DE SCHALLERN Diss. qua chelidonii majoris virtus me-  
dica novis observationibus firmatur. Erl. 1790.

(55) STOERK libellus de cicuta. C. 2. cas. 18. 19. CHEMIN in  
*Journ. de méd.* T. 24. p. 366. MAZARS DE CAZELES ibid.  
T. 35. p. 271.

(56) STOERK *Abhandl. v. d. schwarzen Kuchenschelle.* p.  
51, 65. STOLL praelect. p. 149. BEER in ARNEMANN's Ma-  
gazin. 1. B. p. 294.

*des* (57), *mercurium* (58), *alvum evacuantia*, et *diaetam tenuem* (59), ne dicamus de variis auxiliis topicis, e. c. applicatione succi *anagallidis* (60), de *errhynis* (61), de *electricitate* (62, et de *galvanismo* (63). Cave autem, ne usu hujusmodi auxiliariorum conditionem oculorum pejorem reddas, constitutionem corporis labefactes, aut tempus pretiosum pro operatione teras; si enim pauca cataractae vel per recensita auxilia, vel per spontaneum (64), aut fortuitum (65) descensum corporis

(57) BARTHOLINUS Epist. 4. p. 522. WOOLHOUSE in *Journ. de Trévoux*. 1706.

(58) RICHTER *chir. Bibl.* 1. B. p. 128. 5. B. p. 154. LOCHER obs. pract. ALIBERTI diss. de singulari mercurii dulcis usu in desperatis quibusdam morbis. v. HALLERI coll. diss. pract. Vol. VII N 236.

(59) AVICENNA can. L III. Fen 3. Fr 4. C. 20.

(60) GMELIN *Reise durch Russland*. 3 B p 349.

(61) A THUESSINK in *Verhandl. de soc. in's Hage*. 1. Deel.

(62) HIMLY *ophthalm. Beobacht.* 1 B. N. 21. ELLINGER in VOIGT *Magaz. f. d. Neueste aus d. Physik*. 9. B. 4 St. p. 176. KITE in *Lond. med. Journ.* Vol. 7. v. Abh. f. pr. Aerzte. 12. B. p. 43.

(63) DE LA FONTAINE in LODER'S *Journ. f. d. Chir.* 4. B. 1. St. p. 36. Cfr. WEINHOLD *Empfehl. d. Anwend. galvan. Stromungen etc.* v. Leipz. *Literaturzeitung* 1816. N. 153.

(64) GACHENHOLZ Diss. de visione per cataractam impedita.

opaci sanatae exempla excipiamus, consensu omnium nulla alia, nisi per operationem chirurgicam, assulget sanationis spes. At non ubique operatio cataractae indicata est, aut indicata et dexterrima manu, methodoque peculiari rerum positioni accommodata peracta prospere succedit. Generatim de successu operationis augurari licet, si cataracta malum plane locale sistat, et ab omni complicatione alienum: si aeger extra tempus pubertatis, aut aegra extra illud cessationis menstruorum versentur, si oculi in orbita situs, illinsque non minus, quam palpebrarum structura, operatori experto necessariis, iisque bonae notae instrumentis minito nulla obstacula exhibet: si aeger tum sub operationis curriculo, tum postea cautelas praescriptas sequi intelligat: si res domesticae debitum regimen admittant, sique genius morborum regnantium oculis nulla peculiaria pericula minetur. Ex quatuor cataractam operandi modis, *extractione* scilicet, *depressione*, *re-*

v. HALLER *Bibliothek. chir.* 2. B. p. 28. LUDOLF in misc.  
Berol. T. 4. p. 258. ST. YVES I. c. p. 247.

(65) GUYON *leçons diverses*. T. I. p. 883. BEERIUS de binis cataractae exemplis in praelectionibus suis locutus est, quae, peracto ab aegrotis nisu, extra axin visus descenderunt, ablata inde caecitate.

*clinatione* (66), et *keratonyxi* (67), ille sine praeconcepta opinione eligitur, qui peculiari rerum positioni accommodatus est. *Extractio-*  
*ni*, absolutissimio cataractam operandi modo,  
*depressio*, vel *reclinatio*, auxilia palliativa,  
anteponuntur, dum prima operandi ratio sine periculo suscipi nequit. Suscipi autem sine periculo nequit *extractio*, iride cum cornea multum concreta, cornea complanata, hincque camera anteriore oculi angusta reddita, arcu senili ampio, oculō profundo in orbita jacente, inquieto, palpebris conniventibus obducto, pupilla haud satis dilatata, cataracta partim cum uvea concreta, aegro moroso, stupido, aut labe quadam arthritica, syphilitica etc. imbuto; quo videlicet in casu oculus aegre fert accessum aëris, et introductionem instrumentorum ad extractionem perficiendam necessariorum. *Depres-*

(66) Sic operandi rationem vocant, qua cataracta ad superficiem suam anteriorem aeu arripitur, ac inter musculum rectum inferiorem ac externum ita in corpus vitreum deponitur, ut cataractae superficies anterior, nunc superior evadat, posterior autem in inferiorem mutetur.

(67) Sic operatio audit, qua, secta cornea, instrumentum debitum per pupillam antea ope atropae belladonnac oculo impositae dilatatam introducitur, ac cataracta in plurima minuta frustula rescinditur, relictæ naturæ illarum absorptio-

sio praeterea eligitur, dum cataracta ambitum haud magnum agnoscit, ( e. c. cataracta capsulo-lenticularis arida, siliquata infantum ), et ab omni concretione cum uvea libera est, aut dum de plurimis cataractae reliquiis agitur. *Reclinatio* instituitur, si, contraindicata extractione, cataracta lenticularis, aut cataracta capsulo-lenticularis dura, aut gypsea fuerint, si que de conditione varicosa vasorum oculi suspicio habeatur. *Keratonyxis* tantummodo locum invenit, dum cataractam fluidam cum capsula vix, aut ne vix quidem obfuscata coram habemus. Nostrum non est modum, quo variae cataractae operationes perficiendae sunt, indicare (68); sufficiat hinc de nonnullis malis ex operatione quandoque pullulantibus, ac medici auxilium exposcentibus sermonem instituere. Spectat huc *vomitus*, et *ophthalmia interna*. *Vomitus* effectum laesionis nervorum ciliarium, aut retinae sistit, ac ab *opio* mature porrecto sedari solet. Quo primum autem inflammationis indicia observantur, a narcoticis abstinentiis, et ad regimen antiphlogisticum confugiendum; spouste enim eluet, inflammationem ex mala tractatione oculi

(68) Lege de hoc arguimento BEERII op. c. 2. B. p 347. 402, qui ab anno 1817 me praesente pro 1813 vice cataractam per extractionem operatus est.

sub operatione cataractae ortam ad *ophthalmiam traumaticam internam* pertinere. Quae ophthalmia tamen sedulo ab inflammationibus arthriticas, syphiliticas, aliisque, utpote laesioni oculi solum *supervenientibus* distingui debet. Distinctio fit, habita ratione curriculi operationis, et constitutionis aegri.

#### *Cataractae reliquiae.*

33. *Cataracta*, quocumque demum modo remota per varia genera reliquiarum (69) visui offensa esse potest. Ne de cataractis depressis, et reclinatis fortuito, vel praevia concussione capitis iterum axi pupillae infensis loquamur, sufficiat, ut de iis cataractae reliquiis mentionem injiciamus, quae vel ex *flocculis* a capsula lentis disrupta, vel ex *pseudo-membranulis* a praevia inflammatione generatis oriuntur. Quae cataractae reliquiae (nisi sponte, aut adjuvantibus sacculis ex herbis aromaticis oculo applicitis absorbeantur), dum visum delent, in parte ceterum a primo operandi conatu satis instaurata per depressionem, aut per reclinacionem secundum artis regulas (70) removendae sunt.

#### *De conspicillis.*

34. Oculo post cataractam quoadusque fieri

(69) Germ. *Nachstaare*.

(70) BEER I. c. p. 403. 412.

licet instaurato (71), eoque pro parvis objectis distinguendis haud idoneo, ad conspicillum convexum (72) venire licet, quo lentis deficientis vices aguntur. Cave a praematuro talis conspicilli usu, aut mala illius constructione (73).

## CAPUT V.

### DE AMAUROSI, ALIISQUE VITIIS VISUS.



#### §. XXXIII.

##### DEFINITIO. LITERATURA.

###### *Definitio.*

1. **V**isus abolitio, seu illi proxima labefactatio ex systematis nervosi oculi culpa *amaurosis* (74) dicitur.

(71) Duo ad minimum post extractionem cataractae ad hoc requiruntur menses.

(72) Germ. *Staarbrille*.

(73) Lege de hoc argumento opus BEERII « *das Auge* » Wien 1813.

(74) A gr. *ἀμαυρός*, obscurus. *Synon.* Gutta serena, suffusio nigra. Germ. *Der schwarze Starr*. Gall. *Goutte sereine, Amaurose*. Pol. *Jasna slepota*.

*Literatura.*

2. En selecti monographiarum scriptores : ROLFINCK (75), MAJOR (76), WEDEL (77), NEBEL (78), OEHME (79), KNIPPHOFF (80), LA-LUETTE (81), NOOTNAGEL (82), TRNKA (83), PLOUCQUET (84), CRAMPTON (85), RICHTER (86), HORAU (87), FABINI (\*) etc.

- (75) Diss. de gutta serena. Jen. 1669.
- (76) Diss. de amaurosi vel gutta serena. Kiloniae 1673.
- (77) Diss. de amaurosi. Jen. 1705 Diss. de gutta serena. 1716.
- (78) Diss. de gutta serena Heidelb. 1715.
- (79) Diss. de amaurosi. Lips. 1748. v. HALLER diss. chir. Vol. II. N. 43.
- (80) Diss. de gutta serena. Erf. 1751.
- (81) Diss. faustum omen in amaurosi periodica. Paris. 1774.
- (82) Diss. de amaurosi. Erl. 1775. v. BALDINGER Syllog. Vol. III.
- (83) Hist. amauros. omnis aevi observata medica continens. Vindob. 1781.
- (84) Diss. de amaurosi. Tub 1789.
- (85) Diss. de amaurosi. Edinb. 1793.
- (86) Diss. de amaurosi. 1793.
- (87) *Diss. inaug. sur l'amaurose. Paris an. XI.*
- (\*) Diss. de amaurosi. Vindob. 1816.

## §. XXXIV.

## SYMPTOMATA. AUTOPSIA CADAVERUM.

*Symptomata.*

1. Amaurosis nunc pede pressim, nunc extemplo orta sequentibus stipari solet phaenomenis: *pupilla* scilicet e medio oculi remota, dilatata, angusta, angulari (instar pupillae vel felinæ, vel animalinæ ruminantium); nigra, nebulosa, rubella, ex flavo alba: *iride* segni, rigida, vel contra eam ad motum promptissima, quandoque pupilla a luce ampliori reddita: *bulbo* sicco, volumine aucto, atrophicò, duro, molli, et *palpebris* ad internam superficiem véluti arena conspurcatis. Praeterea amaurosin nunc praecedunt, nunc sequuntur, vel eam comitantur vertigo, cephalaea, sopor, agrypnia, delirium, paralysie, convulsiones, abolitio olfactus, et gustus.

*Autopsia cadaverum.*

2. Cadavera amauroticorum exhibuerunt *ossis ethmoidei* (88), aliorumque ossium encephali (89) cariem, *ossis cuneiformis exostosin* (90),

(88) *BALLONIUS* Paradigmata. N. 7.(89) *SCHMUCKER* Beobacht. 1. B. N. 6. *MURSINNA* vermischtte Schriften. 2. B. p. 12.(90) *BOERHAAVE* de morbis oculorum. C. 3. §. III.

varia humoris vitrei vitia (91): nervum opticum cum calculo (92), per aquam expansum (93), illius pressionem (94), marcorem (95), contorsionem (96), erosionem (97), lacerationem (98), circa eum pituitam gypseam (99),

(91) BONET sepulchr. L. I. sect. 8. obs. 6 MORGAGNI Epist.

XVIII. art 99 SAUVAGES nosol. method. L. I. p. 747.

HEISTER I. c. 1 B. p. 841. PROCHASKA in MOHRENHEIM's  
*Wiener Beytrage*. 2. B.

(92) BLEGNY Zodiac. med. Gallic. an. I apr. obs. 14.

(93) KALTSCHEID Pr. de nervis opticis in cadavere latis inventis a compressione per undas facta, caussae ante mortem secutae guttae serenae. Jen. 1752. v. HALLER disp. pract. T. I. N. 123. RULAND in *Aesculap.* 1. B. N. 7.

(94) HFNCKEL Samml. med. chir. Bemerk. 8. B. N. 19. Hey in med. obs. and inquir. Vol. 6. N. 1.

(95) VESALIUS de hum. corp. fabrica. L. IV. C. 4. BONET I. c.-obs. 1, 2, 5. Eph. nat. cur Dec. III. an. 7. et 8. obs. 157. SANTORINI obs. anat 1724 C III §. 14 MORGAGNI Epist XIII. art. 3. ROLFINCK diss. anat L. IV. c 31. ISEN-FLAMM Pr. Anmerk. über d. Nerven. p 170 MERY in mem. de Paris. 1713 SCULTETUS obs 36 BONN descript. thesauri ossium morbosorum Hoviani. Amstel. 1783 p. 54 WALTER mém. de l'Ac. des sc. à Berlin 1792. et museum anat. Berolini 1805. N. 655, 656, 658.

(96) BONET I. c. obs. 8.

(97) BOTALLUS de tue venerea. C. 16. §. 17.

(98) HEISTER Wahrnehm. 1. B. p. 130.

(99) CHESNEAU L. I. c. 1. obs. 2.

steatoma (100), vesicam (1), polypum (2), tumorem cysticum (3), durum (4), osseum (5), tuberculum ad nervi optici originem (6), aneurysma arteriae centralis (7), illius, et venae centralis turgorem (8): *retinae* maculas atras (9): *humores* accumulatos (10), *vasa* varicosa (11): indurationem (12), ossificationem (13), separationem a choroidea per lamellam osseam (14), *cerebrum* lympha obsessnm (15), laesio-

(100) OEHME diss. cit. §. 8. PLATER obs. LI. p. 108.

(1) PAUW obs. anat. rar. N. 2.

(2) SCHMALZ *Seltene Fälle*. p. 152.

(3) SCHMUCKER *vermischte chir. schrift*. 2. B.

(4) WANDELAR *Prodrom. prævertens continuata acta med.*  
Havn. 1753. p. 117.

(5) SCHMUCKER l. c. p. 12.

(6) MORGAGNI Epist. XIII. §. 6. Cfr. FORD in *medical communications. Vol. I.* N. 4.

(7) ECKER ad PINEL *phil. nosograph.* 2. B. p. 122.

(8) ZINN *descript. hum. oc.* C. XI. §. 6.

(9) MICHAELIS in *Journ. d. Erfind.* 15. Sl. p. 9.

(10) PROCHARKA in MORENHEIM's *Wiener Beytr.* 2. B.

(11) PLOUCQUET diss. cit. §. 10.

(12) PORTAL *cours d'anat. médic.* T. IV. p. 431.

(13) HALLER opusc. pathol. obs. 65. MORGAGNI Epist. LII.  
art. 3o.

(14) MORAND *mém. de l'ac. des sciences. an. 1730.*

(15) BONET sepulchr. L. I. §. XVIII. obs. 10. BRONFIELD *cases etc.* Vol. I. p. 34. FERRO med. ephem. Ep. LII. art. 3o.

nem illius a festuca ossis in latere opposito (16), a steatomate (17), a tumore (18), a specie sarcomatis (19), illiusque abscessum (20): sanguinem extravasatum (21), serum in ventriculis (22), excrescentiam ex thalamo nervi optici ejusdem lateris (23), thalamum ipsum strigosum (24), crusta membranacea obductum (25), degeneratum (26), dissolutionem corporis striati (27). Constat vero, plurima inter vitia hucusque recensita, in primis nervorum optico-

(16) ANDERSON in *Transact. of the Soc. of Edinb.* Vol. 2.

(17) BONET l. c. obs. 10. MUZELL *Wahrnehm.* 2. B. N. 14.

THOMANN *Annalen.* Anni 1800. p. 400.

(18) PLATER obs. L. I. p. 108. HAEN *Rat. med. P. VII.* p. 271.

(19) *Journal des savans.* 1697.

(20) BALLONIUS l. c. Hist. 7. v. op. III. Vol. p. 515. EPH. nat. cur. Dec. III. An. 9, 10. CENT. 7. obs. 39. MUZELL l. c. SCHAAERSCHMID in *Berlin. Nachricht.* 1740. N. 26. DE LA PEYRONIE in *mém. de l'ac. R. de chir.* Vol. I. p. 212. N. 13. PELARGUS *med. Jahrgange.* 3. B. p. 198.

(21) BONET l. c. obs. 11, 12. WILLIS *de anima brutorum.* P. II. C. 9. hist. 2.

(22) EPHEM. NAT. CUR. DEC. II. AN. V. OBS. 246.

(23) FORD in *med. communications.* Vol. I. N. 4.

(24) MORGAGNI op. c. Epist. IX. art. 20.

(25) KRUSE in *HUFELAND's Journ.* 3. B. p. 433.

(26) VILLENEUVE in *Journ. de méd. continué.* 1811. Fevr. p. 98. BEAUCHENE *ibid.* 1810. Nov. p. 361.

(27) PETIT *Lettres. I. Vol. p. 7.*

rum cum visu integerimo extare posse (28), et e contrario cadavera amauroticorum quandoque nil morbosi exhibuisse (29).

### §. XXXV.

#### C A U S S A E.

##### *Caussae prae dis ponentes.*

i. Amaurosis nulli parcit aetati (30), et quandoque haereditaria (31), aut congenita (32) est. Maxime illi subjiciuntur homines oculis nigris (33), temperamento cholericō (34) praediti, visumque intendentēs (35).

(28) MORGAGNI op. c. Epist. LVI. p. 29. LXII. §. 8.

(29) MORGAGNI Epist. IX. §. 20.

(30) BEER opinionem amaurosin morbum senilem esse refutat, observans plures homines mediae aetatis, quam senes ea laborare (op. c. 2. Th. p. 442.).

(31) Eph. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs 67. RIEDLIN curat. med. millen. N. 812. BEER l. c. p. 443. DEMOURS op. c.

T. I. p. 368. (saltē morbus nonnullarū familiarū).

(32) LYALL in *The Edinb. med. and surg. Journ.* 1817. Jan. N. 49.

(33) BEER (l. c. p. 442.) ratione ut 20, vel 30 ad 1 oculorum coeruleorum aut griseorum.

(34) BEER l. c.

(35) Sub laboribus microscopicis (HOUTTIN in *mém. de Paris.* 1769.), et nocturnis, e. c. in gemmis auro circum-

*Caußae excitantes.*

2. Excitatur amaurosis in genere a vulneribus cerebri (36), superciliorum (37), nervi frontalis (38), palpebrarum (39), bulbi oculi (40), a cataractae operatione per depressionem (41), per extractionem (\*), a lapsu (42), concussione (43),

dandis, sub luce lampadis Argandi, adspunctione lunae, aut solis oculo nudo, itinere super nivem (BEER I. c. p. 448.).

(36) MARCELLUS DONATUS. L. II. c. II. HEISTER *med. chir. Wahrnehm.* I. B. p. 133.

(37) FABR. HILDANUS Cent. III. obs. 9. MORGAGNI Epist. XIII. art. 5. PLATNER Pr. de vulneribus superciliis illatis, an caecitatem afferant. Lips. 1741. AUTENRIETH Phys. §. 509.

(38) Ephem. nat. cur. cent. III. obs. 55. *Histoire de la Soc. R. de méd. an.* 1776. p. 316.

(39) FABR. HILDANUS cent. V. obs. 17. Cent. VI. obs. 6. PINEL *Nosographie.* 2. B. p. 123.

(40) §. XXXIX. N. 5.

(41) ESCHENBACH obs. anat. chir. med. N. 6, p. 49. MONRENNHEIM *Beytrage.* v. RICHTER *Wundarzn.* 3. B. p. 248.

(\*) Retina e sede reinota, effluente sensim sensimque humore vitreo. ASTLEY COOPER, v. HINLY *ophth. Bibl.* I. B. St. p. 234.

(42) FISCHER *Bemerkungen über London.* p. 172.

(43) FABR. HILDANUS cent. V. obs. 8. MORGAGNI I. c. art. 12. WEBFER de affect. capit. obs. 181, p. 869. PENADA in *mem. di matemat. e fisica.* T. 10. WILLICH in HUFELAND's *Journ. der. B. d. St.* p. 30.

e. c. in alapa infligenda (44), a nisu sub vomitu (45), partu (46), sternutatione (47), a rebus re stagnationem sanguinis in capite producentibus, ut struma (48), parotis (49), scrophula (50), a morbis orbitae (51), nasi (52), antri hyg mori (53), dentium (54), a cosmeticis (55), a barbae rasura (56), crinium resectione (57), refrigerio (58), e. c. a lavatione frigida faciei

- (44) **AMATUS LUSITANUS** cur. med. cent. VII. N. 32. 44.  
SCHENK obs. L. I. N. 305.
- (45) **FABR. HILDANUS** cent. V. obs. 19; **HOFFMANN** diss. de imprudente medicatione. §. 20. **WEDEL** diss. casum de gutta serena exhibens. p. 1. **SCHEIDEMANTEL** *Beytrage*. N. 29.
- (46) **ALBERTI** Diss. de visus obscuratione a partu. Hal. 1732.
- (47) **FABR. HILDANUS** Cent. I. obs. 24.
- (48) **STOERK** libellus, quo continentur experimenta etc. p. 168.
- (49) **PIDERIT** *prakt. Annal. vom Militair - Lazareth in Cassel*. 2. St.
- (50) Modo mechanico (**MARTENS** *prakt. Bemerk.* 2. B.).
- (51) §. XVIII. N. 1.
- (52) E. c. ozaena (**Ephem. nat. cur.** Dec. III. An. 9, et 10. obs. 123.).
- (53) **SANDIFORT** museum anat. Vol. 2. Tab. 3.
- (54) **HEISTER** *Wahrnehmungen*. 1. B. N. 150.
- (55) **OEHME** Diss. cit. §. 9. **TRILLER** opusc. med. Vol. I. Diss. V. p. 142. **KLEIN** interpres clinicus. p. 259.
- (56) **BARTHOLINUS** Epist. Cent III Epist 67.
- (57) *Neue allgem. deutsche Bibl.* 45. B. p. 364.

aestuantis (59), a catarrho epidemico (60), a suppressione sudoris (61), coryzae (62), et haemorrhagiarum, in primis epistaxeos (63), menstruorum (64), lochiorum (65), haemorrhoidum (66), ab omissa habituali venaesectione (67), a lactatione cohibita (68), a luce nimia, e. c. solis (69), lunae (70), fulguris (71), ferri

- (58) WEDEL diss. de amaurosi. p. 15. NOOTNAGEL I. c. §. 7.  
HEISTER *Wahrnehm* 2. B. N. 376. MICHAELIS in RICHTER's  
*chir. Bibl.* 6. B. p. 131.
- (59) BEER I. c. p. 531.
- (60) HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. C. 4. §. 2. 3.
- (61) EBERMAIER in HUFELAND's *Journ.* 5. B. p. 579.
- (62) SCHMUCKER *vermischte Schrift*. 2. B. p. 9.
- (63) FABR HILDANUS Cent. VI. obs. 5. ALBERTI diss. de ad-  
stringentium perverso in haemorrhagiis usu et effectu. §.  
3. *Breslauer Samml.* 1726. 1. p. 503.
- (64) PELARCUS *med. Jahrgange*. 2. B. p. 353. HEISTER *Wahr-  
nehmungen*. 1. B. p. 590. DE HAEN rat. med. P. VI. p.  
264 KALTSCHEIDT diss. de virgine chlorosi et gutta serena  
laborante. Ien. 1788.
- (65) MAURICEAU *sur le maladies des femmes grosses*. 2. Vol.  
obs. 568.
- (66) BEER I. c. §. 48.
- (67) HEISTER I. c. 2. B. p. 441. KUHN *Ital. Bibl.* 2. B. 1. St.  
p. 5.
- (68) STOERK de pulsatilla nigra. p. 40.
- (69) GALENUS de usu partium. L. X. C. 3.
- (70) HENR. AB HEER obs. med. Vol. IV. §. 1.

fusi (72), fornacis (73), a calore (74), insolatione (75), ab ebrietate (76), a nicotianae naribus attractae mala indole (77), ab infarctu imi ventris (78), et vermibus (79), ab ulceribus antiquis (80), et herpete (81) praepostere sanatis, ab inedia (82), a jactura cruris (83), saliva (84), lactis (85), seminis (86), inpri-

(71) HEISTER I. c. 2. *B. N.* 283. RICHTER nov. comm. Soc. Goett. Vol. IV. p. 83.

(72) Auserl. Abh. f. pr. Aerzte. 7. B. p. 579.

(73) HOLLERIUS de morbis internis Schol. C. 20.

(74) LA FONTAINE in LODER's *Journ. f. die Chirurgie.* 4. B. 1. St. p. 35.

(75) BEER I. c. §. 49.

(76) RIEDLIN Lin. med. an. III. p. 393. BOERHAAVE de morbis ocul. p. 75.

(77) BEER I. c. p. 531. In nota.

(78) BEER I. c. §. 47.

(79) REMER in HUFELAND'S *Journ.* 17. B. 2. St. p. 166. VANDERMONDE in *Journ. de méd.* T. 10. p. 120.

(80) FORESTUS I. XI. obs. 35.

(81) TRECOURT *mém. de chir. obs.* 4.

(82) Eph. nat. cur. Dec. III. an. 5. obs. 107.

(83) OEHME I. c. p. 9. NICOLAI *Abhandl. v. d. Fehlern d. Gesichtes.* p. 130. *Journ. de méd.* T. 20. p. 422. T. 43. p. 80. Ex repetita nimis haemorrhoidum apparitione ipse amaurosin observavi.

(84) FABR. HILDANUS Cent. V. obs. 13. THILENIUS *med. chir. Bemerkungen.* p. 73.

(85) SALMUTH obs. Cent. III. N. 27.

mis sub concubitu diurno (87), a praevia diarrhoea (88), vel purgantium abusu (89), a febribus intermittentibus (90), syphilide (91), a contagio typhi (92), a vapore cloacarum (93), a venenis (94), e. c. opio (95), atropa belladonna (96), plumbo (97), secale cornuto (98),

- (86) SANCTORIUS de stat. med. sect. VI aph. 18. LOMMIUS de sanitate tuenda. p. 37. FR. HOFFMANN diss. de morbis ex nimia venere. §. 18. 24.
- (87) BERENDS de concubitu diurno, notabili, atque haud infrequenti amaurosis causa. Francf. 1805.
- (88) BEER I. c. §. 51.
- (89) SENNERTUS med. pract. L. I. p. 3. sect. 2. C. 37. HALLER opusc. pathol. obs. 76.
- (90) TRNKA I. c. p. 695.
- (91) HEISTER I. c. 2. B. N. 19. OEHME I. c. SCHMUCKER vermischt chir. Schriften. 2. B. p. 9.
- (92) MOLITOR Diss. ds febre contagiosa maligna, et intermitente. v. HALLER diss. pract. T. V. p. 216. P. I. Vol. I. §. XLIX. hujus operis.
- (93) RAMAZZINI de morbis artificum. C. :3. CHOMEL in mém. de Paris. 1711. obs. anat. 5. BEER I. c. p. 252. §. 58.
- (94) BEER I. c. §. 46.
- (95) BEERGER diss. de vi opii rarefaciente §. 4.
- (96) PELARGUS med. Jahrgange. 2. B. p. 474. LUDWIG adversaria medica pract. Vol. I. P. 4 p. 660. LENTIN Beobacht. einiger Krankh. N. 2.
- (97) STOLL Praelect p. 384. WHITE in med. Comment. v. Edinb. 3 B 1. St. p. 75.
- (98) LENTIN I. c. §. 2. 4.

baccis solani (99), a rebus amaris (100), ira (1), a mercurio (2), a dolore (3), spasmo (4), sonitu vehementi (5), terrore (6), lacrymatione (7), magnetismo animali (8), somnio (9), vigiliis (10), idiosyncrasia (11), graviditate (12), a vitio plicoso (13), in primis resecto tricho-

(99) *Commerc. lit. Nor.* 1732. p. 334.

(100) E. c. a potu instar coffeeae ex cichorea parato, *Beer* I. c. §. 45.

(1) *Hoffmann consult et respons med. Cent. I. N. 42. Schmucker op. c. 2. B. p. 9. Oehme l. c. Herz in Hufeland's Journ. 5. B. p. 275. Cfr. P. II. C. XX.*

(2) *Marat inquiry into the nature, cause and cure of a singular disease of the eye. Lond.* 1776.

(3) *Smetius miscell.* p. 546.

(4) *Lentin* I. c. §. 2. 4. *Dozauer* in *Loder's Journ. f. d. Chirurgie.* 1. B. p. 70.

(5) *Schenk* obs. med. L. I. obs. 306.

(6) *Richter nov. comm. soc. Goett.* Vol. IV. p. 74. *Oehme* l. c. §. 9. *Schmucker* op. c. 2. B. p. 9.

(7) *Fabr. Hildanus* Cent. IV. obs. 15. *Heister* l. c. 1. B. N. 128.

(8) *Heinecken* op. c. p. 65. Cfr. P. II.

(9) *Plinius hist. nat.* L. VII. 50.

(10) *Act. nat. cur.* Vol. I. obs. 159. Vol. IV. obs. 137. *Riedlin* *Lin. med. An.* IV. p. 762.

(11) *Beer* I. c. §. 44. (e. c. a cochlatae potu).

(12) *Rolfinck* I. c. C. 5. *Salmuth* obs. Cent. III. N. 27. *Sennertus Prax.* med. L. I. P. 3. sect. 2. C. 37. *Beer* I. c. §. 44. *Bezard* in *Journ. de méd. chir. et pharm.* T. XXXIII. 1815. Mai. p. 72.

(13) P. I. §. CXLIV. N. 2.

mate (14), a fuga achorum (15), psorae (16), morbisque aliis, ut hydrocephalo (17), apoplexia (18), colica (19), variolis (20), morbillis (21), epilepsia (22), et convulsionibus (23).

(14) LA FONTAINE I. c. p. 66. Cfr. opus nostr. I. c.

(15) Act. med. Berol. Dec. VI. Vol. V. p. 28. WEDEL diss. de amaurosi. p. 17. HOFFMANN med. rat. syst. Vol. III. p. 229. WENDT *V. u. VII. Nachricht v. d. Kranken-Institute zu Erlangen.*

(16) HOFFMANN Cons. et resp. Cent. I. cas. 50. LUDWIG I. c. Vol. II. P. I. OEHME I. c. §. 7. BEER *Gesch. e. geheilten. vollkommenen, v. zuruckgetretener Kratze entstand. Schiwarzen Staars.* Wien 1798.

(17) Cfr. P. II. C. IV. §. XXII. N. 4.

(18) Ibid. C. V. §. XXIV. N. 1.

(19) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 5. obs. 247. Dec. III. An. 3. obs. 8. Cent. I. obs. 78. PLATER obs. med. L. I. p. 104. STOLL Praelect. p. 304. Rat. med. P. VI. p. 386.

(20) RICHTER in comment. soc. Goetting. Vol. III. p. 25. SCHMUCKER I. c. 25. B. p. 8.

(21) PLOUCQUET Diss. sistens observat. circa photorexin. Tub. 1799. SCHMUCKER *vermischte Schriften.* 2. Th. p. 24.

(22) TULPIUS obs. med. L. I. C. 10. PELARGUS I. c. 3. B. p. 652. Cfr. Cap. XI. §. LIII.

(23) HEISTER op. e. 2. B. N. 195. Cfr. C. XIV. §. LXX.

## §. XXXVI.

## DIAGNOSIS. PROGNOSIS.

*Signa pathognomonica.*

1. Amaurosis praeter debilitatem visus (*amblyopia*), aut caecitatem nullum agnoscit signum pathognomonicum. Enimvero pupillae dilatatio, et iridis immobilitas, pro talibus quondam habitae, pluries desiderantur (24), immo quandoque pupilla potius angustior cernitur (25), et iris, minima admota luce, contrahitur (26). E contrario pupillae dilatatio, et immobilitas (*mydriasis*) obvenire possunt, quin morbus nomen amauroseos obtineat (27). Hoc praeterea in morbo corneae splendor saepe immunitus est. Quocumque vero in amauroseos casu margo pupillaris iridis angularis evadit (28). An-

(24) BOERHAAVE de morbis oculorum. C. 3. §. 101. TRÆKA I. c. §. 17. HIMLY ophthalm. Beob. u. Untersuch. LARREY sur la mobilité de l'iris dans certains cas d'amaurose in Bulletin des sc. par la soc. philomatique de Paris. Août 1817.

(25) BEER I. c. §. 28.

(26) BEER I. c. §. 31. Cfr. CAR. BEHR diss. de spasmo iridis. Halae 1817.

(27) Cfr. §. XXXI. N. 11.

(28) BEER I. c.

guli bini pupillae vel sursum, et deorsum, vel versus nasum, et tempus divergunt. Ibi pupilla similis est pupillae felium, hic pupillae animalium ruminantium. Et pupillae positio saepe a norma abludit. Color illius nunc nebulosus (29), nunc rubellus (30), nunc viridescens, raro, ut decet, niger. Opacitas pupillae solum dum oculus e latere conspicitur, appareat. Est illa profunde in oculo locata. Quodsi amaurosis *unum* tantummodo oculum detineat, conditio morbosa iridis, et pupillae in oculo aegrotante, *solum* dum oculus sanus clauditur, in conspectum venire solet (31). Plurimi amauroticorum, ut diximus, siccitatem, aut plenitudinem oculi, vel sensum ac si bulbus (nunc duricie, nunc mollicie peccans). ex orbita pelleretur, accusant, et strabismo (32) laborant. Ne dicamus de vitiis quibusdam visus infra propius describendis, ut de visu interrupto, duplicato,

(29) RICHTER nov. comment. soc. Goett. T. IV. p. 77. BEER I. c. §. 30.

(30) BEER I. c. §. 31.

(31) BEER I. c. §. 32.

(32) « *Ce n'est pas toujours par un examen spécial, que l'on découvre le strabisme presque insensible, dont je viens de parler: c'est plus ordinairement pendant une conversation établie avec le malade, et au moment où il ne songe point à son oeil paralysé.* » DEMOURS T. I. p. 364.

reticulato, nebuloso, colorato, dimidiato, de muscis volitantibus, de evolutione lucis morbosae, (*photopsia*), et de lucis intolerantia (*photophobia*). Quae singula eo magis originem amauroticam indicant, quo magis affectio-  
ne morbosa cerebri, nervorum, et sensuum aliorum stipantur.

*Confusio cum cataracta.*

2. Quoad confusionem cum aliis morbis, ma-  
xime illa *amauroses* cum *cataracta* timenda.  
Differunt sequentibus notis:

*Cataracta.* *Amaurosis.*

1. Opacitas mox re-  
tro centrum pupillae  
apparet, et evidens est. Opacitas profunde  
in oculo locata est, et  
non nisi ope conspectus  
lateralis dignoscitur.

2. Corpus opacum  
griseum, album est. Color opacitatis  
rubellus viridescens.

3. Visus imminutio,  
cum gradu opacitatis  
aequo passu incedit.

3. Nulla ratio inter  
visus jacturam, et opa-  
citatem.

4. Iridis motus nun-  
quam deletus, rarissi-  
me impeditus.

4. Iris, et pupilla ab-  
normes.

5. Margo pupillaris  
iridis annulum nigrum  
exhibit.

5. Margo pupillaris  
annularis.

- |                                                                                    |                                                                                      |
|------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 6. Cornea normalis.                                                                | 6. Splendor corneæ plerumque imminutus.                                              |
| 7. Quocumque in morbi gradu conditio visus repentinis non subjicitur mutationibus. | 7. In morbo needium absoluto conditio visus repentinis subjicitur mutationibus (33). |
| 8. Objecta nebula circumdata videntur.                                             | 8. Objecta coloribus iridis circumdata apparent.                                     |
| 9. Conspicillum convexum aegro optime inservit.                                    | 9. Conspicilla quotquot sunt morbo incipienti accommodata.                           |
| 10. Visus lateralis saepe concessus.                                               | 10. Visus circumcirca deletus.                                                       |

*Complicatio amauroseos cum cataracta.*

3. Caeterum probe retinendum, posse cataractam cum amiaurosi *complicari*. Quae quidem complicatio, praesentibus pupilla ampla, iride rigida, deletaque lucis perceptione, facile dignoscitur; secus autem, deficientibus, ut quandoque accedit (34), signis illis amauroseos. Redubia ad aetiologyæ lumen recurrentum est.

Juvat quoque oculi alterius, forte a cataracta liberi, rationem habere.

(33) Augetur nempe capacitas videndi a victu lato, gaudio, ira: infringitur ab inedia, moerore, jactura seminis etc.

(34) BEER I. e. §. 48.

*Aliæ complicationes.*

4. Complicari quoque solet *amaurosis* cum *glaucome*, *cirsophthalmia*, *exophthalmo*, *atrophia oculi*, *paralysi muscularum oculi* (*ophthalmoplegia*), et *palpebrae*, *haemophthalmo*, nec non cum *vulneribus* *regionum orbitalium*.

*Divisio generalis.*

5. Ex quibus singulis colligitur, *amaurosin* vitium nunc primarium, nunc symptomaticum sistere, unde *amauroseos* divisio in *primariam*, et *symptomaticam*.

*Divisio amauroseos primariae.*

6. Dividitur *amaurosis primaria* in *traumaticam*, *inflammatoriam*, *rheumaticam*, et *catarrhalem*, *gastricam*, *periodicam*, *arthriticam*, et *nerveam primitivam*.

*Amaurosis traumatica.*

7. *Amaurosis traumatica* ex violentiis vel cranio, in primis regioni orbitali, vel ipsi oculo illatis oritur. Illa extemplo cum lucis perceptione deleta, oculo cadaverico, pupilla angusta, clara, iride immobili, lacrymatione, et paralysi muscularum oculi ingruit, unde *amauroseos paralytiae* obtinuit nomen (35). Ama-

(35) BEER l. c. p. 535.

rosis, ex violentiis oculo ipsi illatis orta, plerumque ophthalmiae traumaticae sistit effectum (36), ac saepe cum aliis inflammationis reliquiis appareat.

*Amaurosis inflammatoria.*

8. *Amaurosis inflammatoria* ut plurimum suppressionem haemorrhagiarum quondam habitualium, in primis epistaxeos, menstruorum, et haemorrhoidum (37), nec non evidentem humorum ad caput impulsu cum oculorum statu varicoso socias agnoscit. Facultas videndi praesertim post pastum, ex scandescientiam animi, aut in loco calido amittitur, recuperaturque, ventriculo jejuno reddito, animi pace composita, ac sub temperatura frigidiuscula. Iridis motus segnis, at non plane deletus. Saepe lucis morbosae evolutio.

*Amaurosis rheumatica, et catarrhalis.*

9. *Amaurosis rheumatica* caussis consuetis affectionum *rheumaticarum* (38) originem debens nunc uno tantum, nunc ambobus oculis infensa sequentibus distinguitur signis: pupilla

(36) §. XIX.

(37) De amaurosi haemorrhoidalii pulchre disseruit Cl. HERRMANN (v. *Russische Sammlung f. Naturwissensch. u. Heilk.*, 2. *B. Heft.* p. 364.)

(38) P. I. §. XII. N. 2.

scilicet clara, neque angusta, neque multum dilatata, iride fere immobili, facili lacrymatione, lucis intolerantia, doloribus a bulbo oculi ad frontem, dentes, per collum vagantibus, luscitate, atonia palpebrae superioris, visuque haud omnino deleto. Ab amaurosi rheumatica *amaurosis coryzae suppressae effectus* (39) parum differt. Exhibere ea solet pupillam regioni temporali propriam, quam nasali cum margine pupillae versus regionem illam angulum formante. Praeterea aeger de siccitate oculi, et cavitatum narium, de sensu plenitudinis bulbi, de pondere ad radicem nasi conqueritur. Caeterum visus vix unquam omnino evanescit. Quod si praeter coryzae suppressionem et *sinus frontales hydrope purulento*, vel *abscessu laborent* (40), praeter dolorem ad frontem, aliaque symptoma istis morbis propria, oculus, vel oculi ab axi visus recedunt, visus fit duplex, palpebra superior prolabitur, saepeque sternutatio cum lucis morbosa evolutione aegrum angit. Nisi occurratur, exophthalmus expectandus.

*Amaurosis gastrica.*

10. *Amaurosis gastrica*, prout ex saburra,

(39) BEER I. c. p. 530.

(40) BEER I. c. p. 566. Cfr. Cap. nostr. XIII. §. LVII.

et bile, ex vermis, aut ex infarctu viscerum abdominalium pullulat, varia praesefert symptomata. In *amaurosi ex saburra*, et *bile pupilla* evidenter dilatata, ut decet, nigra, motus iridis languidi, et bulbus oculi saepe a lacrymis inundatus cernuntur. Lacrymarum apparitio cum eructatione acida, aliisque consuetis signis gastricis cohaerere solet. *Amaurosis ex vermis*, praeter signa vix allata, bulbum oculi irregulariter volutabundum, et strabismum exhibit. Porro livor circa oculos, aliaque signa verminosa occurunt. *Amaurosis, quae ex infarctu viscerum abdominalium* originem trahit, lentissime evolvitur. Orditur morbus a visus labefactatione, sub qua objecta nebula vicissim nigra, et grisea involuta cernuntur, ac sub lectione unum, alterumve vocabulum a linea veluti aufugere videtur (*visus interruptus*). Pupilla magis magisque dilatatur, iris quodammodo convexa segniter movetur, margo illius pupillaris angularis fit, atque praeter turgorem vasorum oculi, albucinea colorem ex flavo rubrum induit. Nec desiderantur generalia viscerum abdominalium passionem indicantia symptomata.

*Amaurosis periodica.*

II. *Amaurosis periodica febris intermitten-*

tis a MONRANDIO (41), PECHLINO (42), HEISTERO (43), BEERIO (44), nobisque ipsis (45) observatae est symptoma. Sequitur typum tertianae tum simplicis, tum duplicitis, saepeque hemicraniam saevam habet. Legi de ea mereatur BURSERIUS (46), ex cuius descriptione clare appareat, amaurosin hac in febre symptoma affectionis inflammatoriae cerebri paroxysmum comitantis esse.

*Amaurosis arthritica.*

12. *Amaurosis arthritica* (\*) duabus sub formis occurrit. *Prima forma* ambobus oculis infensa notatur pupilla valde dilatata, transversim angulare, decolorata, iride segni, immobili, doloribus circa oculos vagantibus, et conditione varicosa vasorum sanguiferorum oculi. Subjiciuntur illi potissimum feminae valde sensiles, oculisque nigris instructae. *Altera forma* utrique sexui, magis tamen feminis, inprimis

(41) De quibusdam tertianis perniciosis commentatio. Cap. 3

(42) Obs. L. I. N. 42.

(43) L. c. 1. B. N. 428.

(44) L. c. p. 585.

(45) Tum Ticini, tum Viennae, in ipso clinico ophthalmico BEERII.

(46) Inst. med. pract. §. 75.

(\*) Dubitaverat quondam FARRE, dari amaurosin arthriticam; ast ulteriori experientia de contrario convictus est. v. HINLY ophtth. Bibl. 1. B. 2. St. p. 236.

tempore cessationis menstruorum familiaris cum labefactatione visus, et sensu veluti si formicæ circa oculum in cute decurrerent, orditur. Pupilla transversim angularis dilatatur, ac ex pallido viridescit. Iris decolorata, sicuti totus oculus de statu varicoso vasorum sanguiferorum testatur. Dolet oculus, doletque universum caput, in primis accedentibus animi pathematis, mutatione repentina temperaturae, et errore in diaeta. Quivis dolorum insultus cuncta mala adauget. Aeger ab evolutione lucis morbosae in errorem ductus videre autumat, donec apparitio cataractæ viridis, seu glaucomatosæ, et atrophia oculi omni illusioni sinem imponat. Cum amaurosi arthritica maxime convenit amaurosis, quæ fugae praeposterae herpetis, psoræ, et ulcerum antiquorum, nec non resectioni pliæ originem debent. Solum in eo, quod de repente, et sine dolore oriuntur, ab amaurosi arthritica genuina differunt.

#### *Amaurosis nervæ.*

13. *Nervea* seu *dynamica* ea dicitur amaurosis, quac sine evidenti vitio partium systema nervosum oculi componentium existit, ac ex sensibilitate nervi optici, et retinae sive aucta, sive immixta repeti potest. Diagnosis hujus amauroseos, in primis si morbus ambos oculos

detineat, ardua est, cum signa objectiva deficiant, ac ex subjectivis tantum judicandum sit; oculis enim bene constitutis, aeger primum de muscis, aut nebula coram iis volitantibus, dein de evolutione lucis morbosae, ac tandem de absoluta caecitate conqueritur; quae querelae si simulatae forent, expertissimus licet ocularius in errorem inde duci posset, non ita si unus tantum oculorum amaurosi laborat; alter vero sanus existit; tunc enim intuitus cum oculo labefactato, utpote vagus illius oculi luscitatem post se trahit: praeterea, oculo sano probe clauso, pupilla oculi amaurotici illico dilatatur, ac iris adversus fortissimum lucis gradum rigida manet. *Amaurosis dynamica cum sensibilitate aucta* derepente evolvitur. Aeger ut plurimum athleticus, vel saltem plethoricus de sensu plenitudinis in oculo, et lucis morbosae molesta apparitione conqueri incipit. Sequitur dolor capitatis cum obnubilatione, quibus magis magisque saevientibus, visus eadem ratione labefactatur. Jam miseris coram oculis rete in loco lucido coloris nigri, in loco obscuro coloris ignei versatur. Quae morbosa apparitio toties viget, quoties affluxus humorum ad caput, e. c. sub nixu in alvo deponenda promovetur. Absoluta caecitas malis istis finem imponit. *Amaurosis cum sensibilitate imminuta* plerumque lente-

evolvitur. Deest capitis dolor, ac aeger solum deprete, et nebula ejusdem semper coloris coram oculis versante conqueritur. Prout vires universi corporis aut vigent, aut languent, crescit, aut imminuitur videndi facultas, donec tandem in integrum pereat. Huc *amblyopia* sic dicta *senilis*, et in genere quaevis amaurosis marasmi effectus spectare videtur. Oculus talis amauroticus, veluti oculi felium saepius in loco obscuro luceat (47).

#### *Amaurosis transitoria.*

14. Amaurosi nerveae et *transitoriam* illam adscribimus, quae narcoticorum, animi pattematum, idiosynerasiae, et graviditatis incipientis sistit effectum; quae enim ex proiecta graviditate oritur amaurosis, haec potius ex humorum ad caput aucto impetu repeti potest.

#### *Amaurosis symptomatica.*

15. De amaurosi ut *symptomate* hydrocephali (48), apoplexiae (49) jam dictum est. Generatim amaurosis omnium morborum encephali cum laesione originis, et decursus nervorum opticorum extantium symptoma consti-

(47) Qua de caussa a BEERIO nuncupatur *Das amaurotische Kutzenuage.* I. c. p. 495.

(48) P. II. C. IV. §. XXI. 3. §. XXII. 3.

(49) Ibid. C. V. §. XXV. N. 1.

tuere potest. Nil hinc mirum, si amaurosis toutes cephalaeis diuturnis (50), typho (51), epilepsiis (52), convulsionibus (53); paralysi (54), cariei cranii (55) superaccedit. Amaurosis hujus generis ut plurimum cum labefactatione aliorum sensuum, in primis auditus, nec non cum deleto facultatum animi usu societatem inire solet. Caussa illius in carie ossium frontis, aut maxillae latente, exophthalmus expectandus.

*Prognosis.*

16. Amaurosis perfecta, in primis lente evoluta, ac diurna vix unquam sanationem admittit. Quod neque arti, neque medicis opprobiosum censendum, dum aequo animo, quid autopsia cadaveris amauroticorum docet, perpendatur. Oculo vehementer laeso, ac sistente illius nervoso partim destructo, quid ab artis auxiliis expectandum? Meliora *amaurosis inflammatoria* promittit, atque magis in morbo incipiente. Secus autem in malo proiecto, stabilitis jam recensisitis vitiis arteriae, et venae

(50) Ibid. C. II. §. XI. N. 2.

(51) P. I. C. IV. §. XLIX. N. 9.

(52) PELARGUS *med. Jahrg.* 3. B. p. 652. TULPIUS *obs. med.*

L. I. C. 10. Cfr. Cap. nostrum de epilepsia.

(53) HEISTER *Wahrnehm.* 2. B. N. 195. Cfr. Cap. nostrum de motibus convulsivis vagis.

(54) Cfr. Cap. nostrum de paralysi.

(55) N. 4.

centralis, facto forte extravasato cruento, specie scilicet apoplexiae localis nervi optici, et retinae. *Rheuma*, et *arthritis cerebro*, et systemati nervoso oculi infensa, quo usque de simplici agatur inflammatione, plerumque imperio artis subjiciuntur. At subjiciuntur illi et tunc, dum ex rheumate, et arthritide extravasatum serosum ventriculorum cerebri, forte hydrops acutus tunicae vaginalis nervi optici cum concretionibus calculosis retinae gignuntur? Sequitur inde, sanationis spem solum affulgere, dum *amaurosis* vel ex *vitio abdominis*, vel ex *diuthesi periodica*, vel ex *sensibilitate*, sive *aucta*, sive *imminuta* systematis nervosi oculi originem trahit. Quoniam vero diagnosis de indole amauroseos vix unquam cum absoluta certitudine statui licet, in genere neque illico plane desperandum, neque temere promittendum. Quocumque in casu sanationis, aut saltem visus quodammodo recuperandi spes, utpote miserorum unicum solatium, nunquam dura prognosi, qualem medici ocularii nimis saepe instituere solent, aeterno tollenda. Scendum enim, posse amaurosin et fortuito tolli, ut exempla docuerunt; per tegulam in caput illapsam (56), aut per alias cranii laesiones (57),

(56) De igneis medicinae praesidiis v. HALLERI Bibl. chir.  
Vol. I. p. 270.

per jejunium (58), diarrhoeam (59), cephalaeam (60), exanthematum eruptionem (61), febrem (62), icterum (63), puerperium (64), et somnium (65).

### §. XXXVII.

#### CURA.

#### *Generatim.*

1. Quod tamen monitum non ita interpretandum, ac si amauroticos continuis vanae curae tentaminibus excruiciandos esse suaderemus. Est modus in rebus, ac, dummodo conaminibus nostris detrimentum non afferamus, plurima, vel ad compescendam misericordum impatientiam, tentari queunt. Abstineamus generatim ab experi-

(57) SCHENK obs. VII. L. I. N. 310. MEEKREN obs. med. chir.

C. 30.

(58) RIVERIUS obs. communic. p. 679.

(59) CELSUS de medic. Lib. VI. C. 6.

(60) PAUSANIAS messenic. L. IV.

(61) KLEIN interpres clinic. p. 293. RICHTER med. u. chir.  
*Bemerkung.* p. 64.

(62) VELSCIUS obs. med. episagm. 26.

(63) LENTILIUS miscell. med. pract. P. I. p. 221.

(64) SCHMUCKER op. c. 2. Th. p. 7.

(65) MENOCHIUS nutzlich u. gelehrter Zeitvertreib. Cent. II.  
C. 6. p. 25.

mentis, cum sic dictis specificis, ac empiricis auxiliis, donec ex diagnosi quaedam rationalis indicatio emergat.

*Cura amauroseos traumaticae.*

2. *Amaurosis traumatica*, quo recentior, eo magis, ut congestiones sanguinis illi sociae, nisi *venae sectione*, saltem *hirudinibus* abigantur, ac humores a capite ope *purgantium* ex *calomel*, et *radice convolvuli jalappae* deriventur, exposit. Porro sine temporis mora ad applicationem linteorum *aqua frigida* (66) imbitorum super oculum, et frontem recurri debet. Quae singula si non jnvarent, cum *floribus arnicae* periculum instituendum (67). Et arnica incassum adhibita, in *electricitate* (68), et *galvanismo* (69) spes ponenda.

(66) AETIUS l. c. SCHMUCKER l. c. 2. Th. p. 21. BEER in ARNEMANN's *Magaz. f. d. Wundarzneiwiss.* 25. p. 90.

(67) SCHMUCKER (op. c. 2. Th. p. 30.) et RICHTER (*chir. Bibl.* 2. B. p. 84.) arnicam in amaurosi nil prodesse assertunt. E contrario COLLIN (obs. circa morbos acutos et chronicos. P. IV. p. 79. sect. II. p. 108) aliique eam ad sidera usque extollunt. Veritas et hic in medio latet, uti ex observationibus ANGELI (in WEIGEL's *Ital. Bibl.* 3. B. 1. St. p. 127.), THILENI (med. chir. Bemerk. p. 48.), SOEMMERINGII (HUFELAND's *Journ.* 7. B. p. 85., etc, apparent.

(68) De usu *electricitatis* in amaurosi lege: FAULWETTER *kurze Grundsatze d. Electricitat.* 5. B. WARE in mem. of

*Cura amauroseos inflammatoriae.*

3. Princeps amauroseos inflammatoriae remedium *venaesectio consensu omnium* (70) est. Sunt, qui *venam frontis secandam esse doceant* (71); alii ad *arteriotomiam confugiunt* (72). Conveniunt omnes jure, meritoque in *hirudi-*

*the med. Soc. of London. Vol. III. N. 15. Remarks on the ophthalmic etc. POMME et REKAUD in Journ. de méd. T. 73. p. 201. v HUFELAND's neueste Annal. d. Franz. Arzneyk. 2. B. p. 324. SOMMER l. c. p. 92. HEY in med. obs. and inquiry. Vol. VI. N. 1. SPRENGLER Briefe, welche einige Erfahrungen d. electr. Wirkungen in Krankheit. enthalten. 2. B. p. 25. 3. B. p. 27. CROWFORT in med. and phys. Journ. by Fothergill. 1815. Jun.; et compara adversarios ut LINNAEUM consecutar. electr. med. v. HALLERI disp. Pr. 1. p. 59; SCHMUCKER verm. Schr. p. 29. RICHTER l. c. p. 86*

(69) *De galvanismi in amaurosi efficacia, et applicatione, legè: GRAPENGIESER Versuche. p. 104. 155. 159. 196 BISCHOFF in HUFELAND's Journ. 3. B. 2. St. p. 102, 113, 125, 129. Item in LODER's Journ. f. die Chirurg. 3. B. p. 574, quo loco (p. 499.) et RICHTERI observationes exstant. Tandem WALther ub. d. therapeut. Indication des Galvanismus. C. 9. et THOMASSEN A THUESSINK in Genceskundige Waarnemingen. 2. Vol. 1816.*

(70) BOERHAAVE de morb. ocul. §. 90. SCHMUCKER l. c. p. 17. SPRENGEL in misc. Berol. T. VI. p. 64. TRNKA l. c. p. 577. RICHTER l. c. p. 577.

(71) SAUVAGES nosol. med. p. 746. SPIGELIUS de hum. corp. fabrica L. VII. p. 244

(72) PLENK de morbis oculorum. p. 776.

*nibus* (73) ad tempora, et in *cucurbitulis scarificantibus* (74) ad nucham commendandis. Maximum autem artis secretum in restitutione evacuationum cruentarum, in primis menstruorum (75), lochiorum (76), haemorrhoidum (77), et epistaxeos (78) consistit. Accedit usus *folios digitalis purpureae* (79), et *acidi phosphorici* (80). Nec *pediluvii* (81) pəcendum. Reliquum regimen antiphlogisticum per se intelligitur. In haemorrhoidariis praesertim alvi libertati studendum (82).

(73) PAUL. AEGINETA L. III. C. 22. SCHMUCKER l. c. p. 17.

(74) AETIUS l. c. RIVERIUS Prax. med. L. II. C. I. HOFFMANN Cons. et resp. med. Cent. I. cas. 42.

(75) KALTSCHMID diss. cit. HEISTER Cfr. C. 1. B. N. 358. LA LOUETTE ergo faustum omen in qualibet amaurosi period. p. 1774.

(76) Beytrage zur Pr. Arzneywissenschaft. p. 46.

(77) Amaurosin incipientem ex suppressione fluxus haemorrhoidalis, hirudinibus ano admotis, debellavi.

(78) HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 4. §. 3.

(79) In virgine congestionibus sanguinis ad caput obnoxia, ac amaurosi incipiente laborante saturatum digitalis infusum reliquis auxiliis palmam praeripuit.

(80) Amaurosin ex repentina suppressione menstruorum operae idi phosphorici se sanasse resert HENNING in HUFELAND's Journ. d. pr. Heilk. 1817 april.

(81) Eorum virtutem BOERHAAVE l. c. C. 31 aestimare docuit.

(82) Dicke (in HUFELAND's Journ. l. c. Jul.) magis magisque probat, quanta alvinae evacuationis in amaurosi curanda ratio habenda sit.

*Cura amauroseos rheumaticae.*

4. Ne in *amaurosi rheumatica*, in primis recenti, evacuationibus cruentis (83) parcas; his abunde institutis, diapnoica (84) praesto sunt, non neglectis *vesicatorio* (85), *setaceo* (86), *fonticulo* (87), *caustico* (88), *ustione* (89), aliisque *ulceribus artificialibus* (90), in primis ad nucham, pone aures, ad caput rasum (91), ad extremitates inferiores. Si amaurosis suppres-

(83) BEER I. c. p. 569 Jamdudum effectus venaesectionis hac in amauroseos specie innotuisse ex Com. lit Nor. an. 1745. p. 346 clucet.

(84) ST. YVES I. c. 28. p. 326. Sudoriferorum portentosos effectus in incipiente, ac recenti amaurosi observavi Cfr. HOFFMANN de gutta serena Obs. 3. op. III. Vol. p. 232.

(85) WEDEL diss. cit. p. 17. SOMMER I. c. p. 86. ACKERMANN *klin. Annal. v. Jena. 1. St.* p. 151.

(86) WEPFER de affect. capit. obs. 60. 153. CRAMER diss. de paralysi, et setaceorum usu adversus amacrosin. §. 40. v. SALDIFORT Thesaur. obs. Vol. I. N. 17. ACRELL in *Abhandl. d. Schwed. Acad. d. Wissenschaft. XI.* p. 284.

(87) Act. med. Hafu. Vol. II. obs. 12.

(88) SCHMIDT in *Abhandl. d. k. k. Joseph. Akad. 2. Th.* p. 380.

(89) DEMOURS Exercit. pract. p. 109. LUD. FRANK in *Salzb. med. chir. Zeit.* 1795. 2. B. p. 185.

(90) WEPFER I. c. obs. 180. WINTRINGHAM ad MEAD monita. C. 10. p. 156

(91) RIVIERIUS op. c. L. II. C. I.

sioni coryzae adscribenda esset, praemissa et hic hirudinum applicatione in ipsas nares, aut saltem prope eas, vel ad *vapores aqueos* ope infundibuli naribus admotos, vel ad *decoctum malvae*, vel ad *solutionem* scrupuli dimidii *manna* *canellatae* in quatuor, aut sex unciis lactis, naribusque attractis deveniendum. Evanida omni irritatione, ac naribus tumidis redditis, *errhynis* (92) via patet. Nec *masticatoria* (93) negligenda. Si abscessus in sinubus frontalibus oriretur, ad *terebratiouem* illorum deveniendum (94). *Mercurio* (95) locus foret, si verisimile vaginam nervorum opticorum, aut earum pulpm jam quaedam ex vitiis supra alatis (96) contraxisse, aut si suspicio de complicatione venerea haberetur. Aegro caeterum bene constituto, a *mercurio sublimato corrosivo*, etiamsi de lue nulla adsit suspicio, non abhor-

(92) WARE I c. N. 15. BLAGDEN in *medical facts and. obs.*

*Vol. IV. N. 10. BEER I c. p. 533*

(93) AETIUS I. c BONTIUS de med. Indorum II. obs. 74 LAM-  
ZWEERDE apud SCULTETUM append. II. obs. 74..

(94) Docte de hoc argumento egit BEER I. c. p. 569, 570.

(95) Mercurius contra amaurosin jam a SCHENKIO (L. I. obs. 2.), et a LENTINO (miscell med pract p. 607.) in viro, simul cephalalgia, et epilepsia laborante cum fructu adhibebatur.

(96) §. XXXIV. N. 2.

rendum (97). Tutius tamen *calomel* ad parvas admodum doses, et diu continuatas adhibetur. Regionem supraorbitalem quoque cum *unguento mercuriali*, addito *pulvere atropae belladonnae* perficere licet (98). Lenis salivatio haud timenda (99).

*Cura amauroseos gastricae.*

5. Amaurosin ex saburra, aut bile resolventibus aggredimur, inter quae tartratis stibii, et potassae parvae doses ad lenem nauseam usque porrectae reliquis palmani praeripiunt (100). *Emeticis* proprie dictis, a multis celebratis (1), tunc solum locus est, ubi saburrae, et bilis evidenter sursum tendunt, aeger facile vomit,

(97) DE LA FONTAINE op. c. p. 69. WARE l. c.

(98) R. Unguenti mercurialis drachmas duas: pulveris foliorum belladonnae scrupulum unum. M. illiniatur ad vesperas locus indicatus cum scrupulo uno hujus unguenti.

(99) De amaurosi sub ptyalismo sanata testantur HEISTER Diss. de amaurosi salivatione curata. Altd. 1713. et Wahrnehm. N. 221. HOFFMANN. med. rat. syst. L. IV. P. IV. C. 4. §. 5. ISENFLAMM *Versuche ub. d. Nerven.* p. 91, aliisque.

(100) SCHMUCKER l. c. 2 Th. p. 12, 26. RICHTER med. u. chir. Bemerk. p. 240, et comment. soc. Goett. Vol. III. p. 25. THILENIUS op. c. p. 47. FLAJANI *Collezione d'osserv., osservaz.* 30. BEER (l. e. §. 84) abusum soluammodo hujus methodi vituperat.

(1) SCHMUCKER op. c. 2. B. p. 1. 23. 150. RISE in schwed. Abhandl. 1. B. N. 10. PLENCIUS acta et obs. med. p. 119.

nihilque ab impetu capit versus timendum, aut malum derepente ortum duxit. Eo tutius lenia *purgantia* (2), et inter haec maximaे *turtras potassae* (3) praescribuntur. *Amaurosi vermnosae anthelmintica*, illique ex *infarctu viscerum abdominalium* methodus alibi indicata (4).

*Cura amaurosis periodicae.*

6. *Amaurosis periodica in cortice cinchonae* (5) quidem specificum agnoscit; at ne ad hoc pharmacum prius quam deleta plane complicatione gastrica, et inflammatoria, confugamus (6)!

*Cura amaurosis arthriticae.*

7. Nisi ad *amaurosin arthriticam* debelandam, saltem ad illius progressus impedien-

(2) Sanatae ope purgantium amauroseos exempla obveniunt in *Act. nat. cur.* Vol. I. obs. 159, in *Eph. nat. cur.* Dec. II. an. §, obs. 247, Dec. III. cent an 9, 10. obs 28. apud **FABRICIUM HILDANUM** Cent. II. obs. 9. **STOERK** ann. med. I. p. 7. 56. et **DICKE** in *HUFELAND's Journ.* 1817. Jul. p. 33.

(3) **RICHTER** *med. und chir. Bemerk.* p. 245.

(4) P. II. C. I. §. VI. N. 11.

(5) **STOERK** l. c. p. 70. *med. Comment. v. Edinb.* 5. B. p. 165

(6) **BUNSERIUS** ait: « Necessere ergo est continuo alvum lenire, venam secare, aliisque epispasticis revellere, et corticem validissime propinare ».

dos, ante omnia *regimen* requiritur *diaeteticum*. Abstineat aeger a victu crudo, in primis a carne suilla, et ab halecibus, evitet temperaturae vicissitudines, decumbat super pulvinare loco pennarum crines continente etc. Praeterea repetitis *pediluvii* *acribus* evolutio podagrae promovenda. Inter pharmaca, usus internus *sulphuris* (7), *antimonii* (8), *guajaci* (9), *aconiti* (10), *rhois radicantis* (11), et *camphorae* (12) sibi laudem promeruere. Ita restitutio pro re nata *achorum* (13), *psorae* (14), *plicae* (15) etc., et *ulcera artificialia*.

*Cura amauroseos nervae.*

8. *Amaurosis nervea cum sensibilitate au-*

(7) BEER I. c. §. 183.

(8) HOFFMANN, SCHMUCKER, RICHTER II. cc. CHE-VILLARD in *Journ. de méd. T. 64. N 45.* ZINCKEN in HUFELAND'S *Journ.*

8. B. 13. St. p. 171. BEER I. c.

(9) WINTRINGHAM, BEER II. cc.

(10) STOERK libell de stramonio etc. COLLIN obs. circa morbos acutos et chronicos P. II. C. 2. cas. 1. 2. 3. HOEHMER Diss. de usu salutari extract. aconit. in arthritide.

(11) DUFRENOY du caractère, et du traitement des dardres.

(12) BEER I. c.

(13) Ephem. nat. cur. Cent. VIII. obs. 32.

(14) BEER I. c. PORTAL *Cours. d'anatomie méd. T. 4. p. 432.* WEGE diss. de morbis sinuum frontalium. Goett. 1783

(15) DE LA FONTAINE I. c. p. 67.

*cta* delicatissimae est curationis. *Enimvero systematis nervosi nimiam sensibilitatem obtundere, tonumque illius plerumque amissum restituere, quin vel irriteremus, vel calefaciamus, perarduum sistit conamen.* Orditur cura regimine antiphlogistico, et quidem *venae sectione ex pede, hirudinibus ad caput, temperatura frigidiuscula, lucis moderamine, diaeta vegetabili, pediluvii, clysteribus, eccoproticis, in primis autem foliis digitalis purpureae (16), et elixirio acido HALLERI.* Sedato humorum ad caput impetu, regioni supraorbitali *aether sulphuricus cum laudano liquido SYDENHAMI, et balsamo vitae HOFFMANNI* illinitur. Serius et *vapores aetherei oculis admovendi.* Sunt qui oculo *unguentum mercurii (17), vel argentum nitratum (18)* illiniunt (19). Usui interno *moschus inservit.* Sustinetur illius vis a *mercurio, et*

(16) Pulveres ex cremore tartari, nitro, et foliis digitalis purpureae exhibere soleo.

(17) Mercurii sublimati corrosivi quartam grani partem: butyri recentis insulsi drachmas duas. M.

(18) Argenti nitrici fusi grana duo: axungiae porcinae recentis drachmas duas. M. Bis terve de die ad magnitudinem lentis oculo illiniendum.

(19) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1818 N. 87. p. 144. Pupillam inde angustari contenditur.

*antimonio* (20). Nec radix *valerianae* (21) spernenda. *Pulsatillae nigricantis* laus (22) nec a nostra, nec ab aliorum (23) experientia confirmata est. Suspecta quoque habetur virtus *opii* (24), *conii maculati* (25), *olei cajeput* (26), et *gaz hydrogenii* (27). In *amaurosi* nervea cum sensibilitate imminuta, quid *ammonia*, ac reliqua *alcalia* valeant, experiendum foret. Generatum hic *lux intensior* (28), *aer condensatus* (\*), *vinum generosum* (29), victus plen-

(20) Sequentem formulam a Patre meo summo cum fructu praesertim in feminis amauroticis adhibitam accepi. R. pulveris moschi granum unum: calomel, sulphuris aurati antimonii aa gr. semis. Sacchari grana sex. M. cap. talcan pulverem mane, et vespere.

(21) NOOTNAGEL l. c. §. 22. RICHTER l. c.

(22) STOECK de *pulsilla nigric.*

(23) SCHMUCKER l. c. 2. Th. p. 30.

(24) TRINKA l. c. p. 465. STOLL praelect. p. 388. MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 6. B. p. 131.

(25) STOECK de *cicuta*. L. II. C. 2. cas. 28. C. 3. p. 248 ZINKEL in HUFELAND's *Journ.* 8. B. p. 171.

(26) HOFFMANN l. c. obs. 3.

(27) LE FEBURE *ub. d. schwarz. Staar u. d. neu entdeckte Heilart desselb. durch Wasserstoffgass.* Leipzig. 1804.

(28) MICHAELIS l. c. p. 732. HIMLY *ophth. Beobacht.* 1. B. N. 2. HUFELAND *Journ.* 7. B. 2. St. p. 163. LOEBEL *ibid.* 1815. Jun. p. 56.

(\*) WEINHOLD in *Allgem. Lit. Zeit.* 1819. Oct. N. 256. (*Die Anwendung des Lufdruckess*).

(29) Ephem. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 71.

nus, temperatura calidior, irritantia topica, verbo tonica (30) conducunt.

*Cura amauroseos symptomaticae.*

9. *Cura amauroseos symptomaticæ sponte ex ea morborum primariorum elucet.*

§. XXXVIII.

DE VITIIS VISUS.

*Generatim.*

1. Praeter morbos oculorum hucusque descriptos, organon visus adhuc *vitiis* quibusdam subjicitur. Spectant *huc myopia, presbyopia, nyctalopia, hemeralopia, photophobia, impotentia colores distinguendi, visus nebulosus, reticulosus, obfuscatus, interruptus, dimidiatus, diplopia, photopsia, myodesopia, strabismus, et luscitas.* Quamvis haec *vitia* ut germina morborum jam descriptorum, et praeципue amauroscos, rite monente BEERIO (31), considerari debeant; attamen et speciatim, ut mos antiquus fert, sine artis detimento exponi queunt. Placet nempe vestigia sequi RUN-

(30) BLANCARD collect. med. phys. Cent. II. N. 52.

(31) Op. c. p. 424.

GII (32), SCHEIDII (33), KNOBLOCHII (34), MISLERI (35), DE LA HIREI (36), VATERI (37), KOERBERI (38), RICHTERI (39), aliorumque in specie commeniorandorum.

*Myopia* (40).

2. Impotentia visus objecta in quadam distantia locata distinguendi *myopia* (41) dicitur. Oculum debito pacto videre asserit BEER (42), dum objecta, quamvis minima, in distantia quindecim, aut viginti pollicum cernere potest. Myops hinc ille dicitur, cuius videndi facultas ultra decem vix extenditur pollices. *Myopia* la-

(32) Diss. de praecipuis visus symptomatibus. Basil. 1578.

(33) Diss. de visu vitiato, ejusque demonstratione mathematio-med. Argent. 1677. Diss. de quibusdam visus immuniti vitiis. Argent. 1720.

(34) Diss. de laesa visione. Basil. 1613.

(35) Diss. de statu visus naturali, et praeternaturali. Gies. 1680.

(36) *Sur les différents accidents de la vue.* Paris 1685.

(37) Diss. de laesionibus visionis. Viteb 1706. Diss. visus vicia duo rarissima, alterum duplicatum, alterum dimidiatum sistens. Witeb. 1723.

(38) Diss. de rarioribus quibusdam visionis viciis. Erf. 1756.

(39) Op. c. 3. B.

(40) Germ. *Kurzsichtigkeit.* Gall. *la vue basse.*

(41) Op. c. p. 651.

(42) STURM. diss. de presbytis, et myopibus. Altd 1697. DETHARDING diss. de myopia, et presbyopia. Rostoch. 1756.

borantes literis minimis scribunt, scripta oculis prope, et oblique admovent, limbis palpebrarum invicem appropinquatis objecta intuentur, facile nictitant, et tandem strabi evadunt. Caussa proxima myopiae in eo locata est, quod radii, qui ita frangi deberent, ut solum ad retinam in focum convenienter, citius franguntur, et convenient. Caussae hujus phaenomeni sunt: 1.<sup>o</sup> Convexitas nimia corneae aliquando *conicae*, statuunque illum referentis, quem recentiores *staphyloma pellucidum*, seu *hyperkeratosin* (43) vocant; 2.<sup>o</sup> convexitas abnormis superfici-

(43) Agitur de *vitio cornea*, mihi semel tantum Vilnae vi-  
so, pulchre descripto a LÉVEILLÉ (*traité sus les maladies  
des yeux*, traduit de l' Ital. de SCARPA T. II. p. 179. nach  
d. Uebersetz. v. MARTENS. Th. 2. p. 183 Not. (\*) ) ARTHURIO  
EDMONSTON (*Treatise on the varieties and consequences  
of ophthalmia*. Edinb. 1806. p. 184.); JACOBO WARDROP  
(*Essays on the morbid anatomy of the human eye*. Edinb.  
1808. p. 117.); ROBERTO LYALL (Diss inaug. de staphy-  
lomate pellucido conico. Petrop. 1816. p. 8.); WILHELMO  
ADAMS (ub. d. *Wiederherstellung d. Gesichts, wenn es ge-  
litten hat od. verloren gieng, weil d. cornea e. konische  
Form annahm*; aus d. *Journ. of scienc. and arts N. 4. über-  
setzt v. Dr. HOLSCHER*); JACOBO WARE (*chirurgical observ.  
relative to the eye*. 2. edit. Lond. 1805. Versione germanica  
RUNDENI. p. 61.); A. R. DEMOURS (op. c. T. IV. p. 123.)  
et de quo docte, ut solet, disseruit cl. HIMLY (*Bibl. f.  
Ophth.* 1. B. 2. St. p. 368.). Vitium hujusmedi in promi-

ciei anterioris capsulae lenti; 3.<sup>o</sup> densitas humorum oculi, in primis humoris vitrei; 4.<sup>o</sup> tur-

nentia conica corneae consistit, persistante plus minus illius pelluciditate. Ex quo patet, illud nequaquam pro staphyloma, utpote corneam opacam agnoscente (§. XXXI. N. 14.) declarari posse; idque eo minus, cum staphyloma ex inflammatione emergat, et synechiam sociam habeat; moribus vero, de quo agitur, sine praevia inflammatione, et sine aliis bulbi oculi vitiis evolvatur. Raro tantum illa sociam agnoscit superficiem corneae globosae inaequalem (Dr. BREWSTER apud WARDROP l. c.), substantiam corneae incrassatam (ADAMS l. c.), ad apicem coni obfuscata (LÉVEILLÉ, WARE l. c.), quae caeterum vitia de praevia inflammatioue plus minus testari videntur. Quomodo cumque res se habeat, sic dictum staphyloma pellucidum conicum, rectius a HIMLY *hyperkeratosis nuncupatum myopia* fere ad exactatis gradum perducta stipatur. Caussam conditionis conicae corneae quaerunt potissimum in *hydropthalmus* (LYALL), et in nisu corneae luxuriante (ADAMS). Ad morbum curandum proponuntur conspicilla concava, eductio humoris aquei (LYALL) (qui citissime regeneratur), collyria adstringentia, e. c. alumnis in decocto corticis quercus (WARDROP), infusum saturatum herbae nicotianae oculo ter quater de die ad guttas duas oculo instillatum (WARE), et remotio lentis crystallinae (ADAMS), quae ultima methodus securissima videtur, si malum summum gradum attigisset, sique conspicilla concava, in primis ea, quorum concavitas couica convexitati conicae corneae responderet (HIMLY l. c. p. 405.), nil praestarent. Silentio objectionem editoris *Bibliothèque universelle* (1818. Mai. p. 40. 56.) non praetereo, utpote qui asserit, corneam,

gor oculi totius; 5.<sup>o</sup> illius longitudine nimia; 6.<sup>o</sup> impotentia muscularum oculum distantiae objectorum accommodandi (a mala plerumque consuetudine repetenda); 7.<sup>o</sup> dilatatio pupillae habitualis, et 8.<sup>o</sup> vitium congenitum bulbi oculi. Myopia, quae a mala consuetudine, et turgore oculi oritur, annorum curvculo decrescere, et tandem vel evanescere vel in contrarium prorsus vitium desinere solet. Secus autem myopia, cui vel vitium congenitum vel dilatatio pupillae originem dederunt. Hic illico ad securum myopiae auxilium, scilicet, ad *conspicillum concavum* (44) debito pacto constructum (45), debitae virtutis (46) et utroque oculo specia-

perstante visu, nunquam posse conicam reddi, cum conus radios lucis in focum colligere omnino nequeat. Ast, quaeso, aliud est perfectus conus, aliud forma conica. Sed et istam jam visui valde obstare docet observatio, aegros staphylomate sic dicto pellucido affectos myopia fere *ad caecitatis gradum perducta* laborare.

(44) Germanice *Hohlbrille*.

(45) Legantur de conspicillorum debita constructione BEERII, opuscula popularia: *Pflege gesund. u. geschwachter Augen*. Wien. 1808. Item: *Das Auge od. Versuch, d. edelste Geschenk d. Schöpfung vor d. hochst verderbl. Einfluss unsr. Zeitalters zu sichern*. Wien 1815.

(46) *Conspicillum concavum*, cuius ope myops minimas litteras, quae sunt typis, ad distantiam quindecim seu viginti pollicum perlegere valet, tutissimum habetur.

tim accommodatum, devenire licet; non ita primo in casu, ubi conspicillorum nisi cautissimus usus non solum spem visum tractu temporis recuperandi plane aufert, sed et visum quotidie magis magisque labefactat. Num gravi myopiae lentis extractio opponenda (47)?

*Presbyopia.*

3. Impotentia objecta intra consuetam visionis sphaeram (a quindecim scilicet ad viginti pollices) distinguendi, *presbyopia* (48) nuncupatur. Caussa proxima presbyopiae in eo consistit, quod radii solum retro retinam in focum colligantur. Presbyops minutos typos lecturus librum ultra viginti pollicum distantiam, et ponc candelae lucem collocat, ac indicem horologii sui portatilis haud distinguens, ex horologio turris longinquae, quota hora sit, judicat. Caussae presbyopiae, vitii plerumque senilis, ex illis myopiae sensu contrario interpretatae deducuntur. Presbyopia quotidie crescere, ac nullam curam radicalem admittere solet. Pro tempore illi *conspicillum convexum, seu lenticulare* (49), occurrit.

(47) Lege circa hanc quaestionem BEER op. elem. cit. 2. *Th.* p. 169. Cfr. PELLIER *Recueil de mém.* etc., et W. ADAMS 1. c. *Bibl. universelle*. Certe si myopia ex statu conico cornea pellucidae oriatur, uti ex nota praecedente eluget.

(48) GERM. *Fernsichtigkeit*.

(49) Germ. *Linsenbrille*.

*Nyctalopia.*

4. *Nictalopiae* vocis duas diversas interpretationes apud medicos deprehendimus: alteram, quando aegri debiliore diei lumine, et in crepusculo melius, quam sereno coelo vident; alteram plane oppositam (50). Primae interpretationi, utpote a RICHTERO (51), et BEERIO (52) receptae adhaeremus. *Nyctalopia*, seu *caecitas diurna* bifaria est; nunc enim aegri sine respectu diei, aut noctis in loco lucido parum, aut nil, in obscuro bene, aut perfecte vident (*nyctalopia imperfecta*); nunc sine respectu lucis, aut obscuritatis, die caeci, noctu autem visu dotati sunt (*nyctalopia perfecta*). Caussae nyctalopiae sunt: 1.<sup>o</sup> obfuscatio corneae, aut lentis adversus pupillam; 2.<sup>o</sup> mydriasis; 3.<sup>o</sup> sensibilitas nimia oculi, aut congenita, uti in Albinis, aut menstruationis socia (53), aut effectus

(50) Primo sensu HIPPOCRATES (L. II. Prorrh. XI.) vocem nyctalopiae accepit, unde *nyctalopia hippocratica* dicitur. Sed idem HIPPOCRATES (VI. Epid. V.) nyctalopiam quoque caecitatem nocturnam definit.

(51) Op. c. 3. Th. C. XVII. p. 479.

(52) L. c. p. 430.

(53) RICHTER I. c. p. 486. observante PELLIER.

ebrietatis (54), onaniae (55), ophthalmiae, sabburarum (56), tineae suppressae (57): 4.<sup>o</sup> febris intermittens larvata amaurotica, cuius paroxysmi interdiu, intervalla autem libera noctu invadunt. Cura caassis, secundum praexcepta jam tradita, accommodanda.

### *Hemeralopia.*

5. *Hemeralopia* (58) (*caecitas crepuscularis*) vitium nyctalopiae oppositum sistit. Eodem pacto hemeralopia in *imperfectam*, et *perfectam* dividitur *Hemeralopia imperfecta* originem angustationi pupillae, cataractae, humoribus oculi turbidis, et amblyopiae amaurotiae cum sensibilitate imminuta debet. *Hemeralopia perfecta* non raro febrem intermittentem larvata amauroticam (59), cuius paroxysmi noctu invadunt, ac mane disparent, constituit. Com-

(54) Ibid. observante BOERHAAVE (Vir sub ebrietate noctu legere potuerat).

(55) Ibid.

(56) RICHTER l. c. §. 487.

(57) Ibid.

(58) VVEDEL Diss de nyctalopia. Jen. 1693. A BERGEN Diss. de nyctalopia seu visu nocturno Francf. 1754. v. HALLER coll. diss. Pr. I. N. 22. REIL Diss. de nyctalopia. Hal. 1791.

(59) Ephem. nat. cur. Dec. II. an. 6. obs. 79. PYE in *med. obs. and. inquiries*. Vol. I. N. 13. *med. trans.* Vol. I. p. 60.

munissima est hemeralopia imperfecta generis amaurotici. Grassatur epidemice (60), in primis aestate (61), endemicè (62), et sporadicè (63), nantisque maris Indici, et Mediterranei minime parcens (64). Accusatur praesertim aër maritimus humidus, et frigidus (65). Praeter transpirationem suppressam victus deficiens, aut plane vegetabilis, idest butyri, aut laridi expers maxime ad hemeralopiam excitandam conferre nobis videntur. Alii caussis hemeralopiae adscribunt vitium haereditarium (66), fe-

(60) HIPPOCRATES *Epidem. L. VI.* *Breslauer Samml.* 1720. 2.

*B. p. 320.* CHAMSERU in *mém. de la Soc. R. de méd. T. VII,* et *Recueil périod. de la Soc. de méd. à Paris. T. II. N. 9.*

(61) Primitiae phys. med. Vol. I. In primis si dies calidi a noctibus frigidis excipientur (RICH. DE HAUTESIERE observ.).

(62) In nonnullis Imperii Rossici regionibus, e. c. Volhynia. Cfr. GUTHRIE in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. 6. N. 28;* ita in regionibus tropicis teste FORBES in *the Edinb. med. and surg. Journ. T. VII. 1811.*

(63) In orphanotrophiis, inter rusticos, milites.

(64) BAMPFIELD in *medico-chir. transact. Vol. 5. 1814. Lond.*

(65) *The Lond. med. and phys. Journ. Vol 36. 1816.* Cfr. PAYEN *Diss. sur l'héméralopie, où la cécité nocturne. Paris. 1817.*

(66) *Act. nat. cur. Vol. VII. obs. 28. Commercium liter. Nοrimb. 1745. p. 127-*

bres (67), somnium in radiis lunae (68), aut adversus illos solis (69), partum (70), et pli-  
cam (71). Sunt qui aliquid scorbutici in he-  
meralopia animadvertere existiment (72). Pro-  
gnosis generatim haud ardua (73), dummodo  
morbus non diu nimis perseveret (\*). Epistaxis  
solvebat hemeralopiam apud GILIBERTUM (74).  
Cura caussis accommodanda. Ne in hemera-  
lopia periodica, nisi primae viae prius rite ex-  
purgatae fuerint, ad *cinchonam* cōfigas (75).  
Inprimis emeticum praemittendum (76). Prae-  
sente affectione rheumatica, *diapnoicis*, et *ve-  
sicatoriis* ad nucham (77) non parcendum.  
Mira autem est, atque a nostra quoque expe-

(67) HEBERDEN in *Arzneyk. Abh. v. Lond.* I. B. N: 5.

(68) REIL *Archiv f. Physiol.* I. B. I. St, p 35.

(69) RICHARD DE HAUTESIERK I. c.

(70) Ephem. nat. cur. Dec. II. an. 6. app. p. 41. PAULLINI  
Cent. I. obs. 17.

(71) LA-FONTAINE I. c. p. 66. (nullum hujusce hemeralopiae  
in plicoso exemplum mihi observare contigit).

(72) BAMPFIELD I. c.

(73) Ablatis caussis semper cessasse vidi.

(\*) Post annum caecitatem expectandam esse docet BAM-  
PFIELD I. c.

(74) Advers. med. pract. prim. p. 263.

(75) RICHTER I. c. §. 484.

(76) TODE *med. chir. Bibl.* 2. B

(77) BAMPFIELD I. c.

rientia confirmata virtus *hepatis bovis cocti* comesti adversus hemeralopiam (78). Alii alia laudant *hepata* (79), ita cibum animalem in genere (80). Quandoque *vapor hepatis cocti* sufficere dicitur (81). In omni casu aeger successive luci assuescendus (82).

*Photophobia.*

6. De *photophobia*, seu lucis intolerantia, ut symptomate ophthalmiarum jam sparsim egimus. Observavimus, eam *per se* ut effectum rheumatitum (83), haemorrhoidum (84), vermium (85),

(78) HIPPOCRATES L. II. praed. C. 4. de visu. ALARD. HERM. CUMMIUS in misc. nat. cur. an. III. obs. 120.

(79) Hepar caprinum a DIOSCORIDE (L. 2. C. 46.), hepar anguillae a PANAROLIO (Pent. III. obs. 49.), laudantur.

(80) Cum pueri orphanotrophii, quod M... est, quondam ob summam victus penuriam, et esum ciborum vegetabilium omni condimento expertum, in hemeralopiam inciderint, ad morbum debellandum laridum victu adjicere suffecit. Laridum, et butyrum jamdudum ut antidota hemeralopiae habita fuisse ex epistola HOCHSTETTERI ad HORSTIUM concludo; ait nempe ille: «nescio quomodo, male, aut non butyrata visum obscurant, ast vox populi est, quae vulgo Dei dicitur, *ubel geschmalzen macht blind*». (HORST op. L. II. obs. 34.).

(81) TODE l. c. p. 158. BRUGNATELLI *Giornale*. an. 8. 71. N. 8.

(82) RICALL. in *mém. de l'ac. de Toulouse*. 1788.

(83) In virgine sedecim annorum, comitissa K. . . .

(84) Plurima collegi exempla.

(85) In clinico ambulatorio. 1818.

qnaniae (86) extitisse. Alias originem a violentiis externis (87), a luxuria (88), a menstruum suppressione (89) repetit. Pro re nata *vesicatorium* ad nucham, *opium saliva subactum*, ac regioni supraorbitali, vel *lauanum liquidum* SYDENHAMI ipsi oculo illinita, *extractum guajaci aquosum* (90), *hirudines*, *camphora* (91), et *electricitas* (92) indicantur.

*Impotentia colores distinguendi.*

7. *Impotentia colores distinguendi* quoque ad vitia amaurotica spectat. Varia ea exhibet phaenomena. Enimvero aegri nunc omnia objecta eodem colore notata cernunt, e. c. rubro, flavo (93) (*visus coloratus*), nunc semper unum, eundemque colorem, gradu solum diversum, percipiunt (94). Cura ex therapia amauroseos abstrahenda.

(86) In juvēne mercatore.

(87) Eph. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 92.

(88) JUSTINUS Epist., L. XXI. C. 2.

(89) PELLIER *Recueil de mém.* etc.

(90) Tribus istis auxiliis virginem, de qua supra, sanavi.

(91) Mirifice in juvēne mercatore conduxit, pollutiones cum lucis intolerantia auferendo.

(92) ELLINGER in VOIGT Magaz. f. d. Neueste aus der Physik.  
9. B. 4. St. p. 175.

(93) BEER I. c. p. 428.

(94) Aeger de quo NICHOLL narrat (v. *Medico-chir. transact.*

*Visus nebulosus.*

8. *Visus nebulosus* incipienti tum cataractae (95), tum amaurosi (96) proprius est; quo ultimo in morbo nebula alternatim nunc grisea, nunc nigra, ac si aeger objecta per carbonum pulverem cerneret, apparent.

*Visus reticulatus.*

9. *Visus reticulatus* (97) permanens ad vitia amaurotica spectat, transitorius, flatibus, saburrae, haemorrhoidibus, vigiliis, studiis, veneri, fletui, et constitutioni annuae catarrhali adscribendus. Hic cum vertigine magnam affinitatem alit (98). Ingruit *visus reticulatus* vertiginosus derepente plerumque brevi ante prandium cum sensu tensionis palpebrarum, cui illico perceptio

*Vol. 7. Part. 2. Lond. 1816. account of a case of curious imperfection of vision*) colorem coccineum, coeruleum, et viridem pro gradibus ejusdem coloris habebat. De colore rubro cinabarino, item de flavo rite judicabat. Colores obscuros omnes ad colorem brunneum revocavit. Tres similes se vidisse casus asserit auctor diarii Salisburgiensis (*med. chir. Zeitung. 1817. N. 99. p. 330.*).

(95) §. XXXII. 3.

(96) §. XXXIV. 1.

(97) Germ. *Netz od. Florsehen.*(98) Cfr. P. II. P. sect. I. C. XVI. et HERZ in HUFELAND'S *Journ. 3. B. 3. St. p. 389. Ueber d. falschen Schwindel* (*vertigo spuria*).

succedit ac si ex objectis, quae coram oculis versantur, radii luminosi varii coloris nunc circulares, nunc serpentes (99), nunc longitudinales semper continuo motu agitati exirent. Objecta ipsa nequaquam a loco moveri videntur, nec timor cadendi obvenit. Percipitur solum sensus aliquis anxietatis, verbis vix designandus cum pulsu crebro, et contracto. Cessato post aliquot horae momenta, quandoque post quartam horae partem descripto malo, capitis relinquitur gravedo, ac faciei primum rubor, dein pallor. Fugari id solet extemplo, sumpto cochleare uno jusculti carnei, avenacei calidi, et instaurantis. Reditui mali singula, quae impetum humorum caput versus impediunt, ac alvi libertati prospiciunt, occurrere solent; maximie *tartras potassae*, *magnesia*, *radix rhei*, addito scopo carminativo *elaeosaccharo foeniculi*.

*Visus obfuscatus.*

10. *Visus obfuscatio* ut prodromum lipothymiae, epistaxeos, nec non ut effectus morborum cordis, et aortae (100), taeniae, aliorumque

(99) E. c. veluti valli delineati urbium manitarum.

(100) Quem jamdudum ad lectum aegrorum morbos cordis, et aortae inter, et oculos animadverteram nexum, mihi nunc facile explico, cum Cl. Bock in egregia monographia paris quinti nervorum demonstraverit, nervum sympathi-

vermium abdominalium, vitii haemorrhoidalis, narcoticorum, haemorrhagiarum, in primis uteri, commune est malum, quod variae gentes variis loquendi modis designare solent (1). Id generis amaurotici esse, nemo inficias ibit. Therapeia caussis adaptanda.

*Visus interruptus.*

II. De visu interrupto, ut symptomate prodromo apoplexiae (2), et amauroseos (3) jam dictum est. Aeger legendō verba, quae deficere videntur, studio quaerere debet, ac objecta

7

cum, ubi circa latera *carotidis* internae (cum aorta tam arcta cohaerentis) occurrit, et *ganglion caroticum* effor-  
mat, ramulos ad trineum nervi oculo-motorii, et ad *gan-  
glion ciliare* mittere. Magnum hoc inventum confirmat  
egregius WUTZER (De corporis humani gangliorum fabrica,  
atque usu monographia. Berol. 1817. p. 82.), additque  
(p. 126.): « Nuperrime tandem experimenta in equis  
vivis faeta a cl. DUPUY descripta invenio (*Bulletin de la  
soc. d'émul. Paris* 1816. N. XII. ), qui his *ganglion gut-  
turale* nervi trispinalicī in quatuor easibus exeidit...  
Signa autem, quae a sectione ipsa non pendentia, sub-  
secuta sunt, erant: *contractio pupillae*, *rubor conjunc-  
tivae*, *macies universalis*, *oedema artuum*, et tandem  
*exanthema scabiosum* ».

(1) E. c. Germani: *Es wird mir finster, grun und gelb, vor den Augen.*

(2) P. II. Scet. I. C. V. §. XXV. 1.

(3) §. XXXVI.

quotquot videt, incompleta invenit. Accedit *visus defiguratus*, incipientis amauroseos effectus, objectis omnibus incurvatis, perforatis (4), et contortis apparentibus.

*Visus dimidiatus.*

12. Proxime accedit *visus dimidiatus* (*hemimopia*), ubi scilicet aeger solummodo mediata tem objecti superiorem, vel inferiorem, dextram, vel sinistram cernit. Quod vitium per se quandoque graviditatis, moestitiae (5), aut refrigerationis (6) effectus, utpote systematis nervosi oculi labefactati effectus, ad amaurosin spectat, atque hinc probe distinguendum est a visu dimidiato aliorum morborum symptomate, morborum scilicet omnium, sub quibus radii a tota superficie objecti ad retinam pervenire nequeunt, quales sunt prolapsus imperfectus palpebrae, obfuscatio corneae, capsulae, lentisque ipsius prava pupillae positio, et recessus iridis a processibus ciliaribus.

(4) RHODIUS C. III. obs. 61.

(5) Diss. qua visus vitia duo rarissima etc. praes. Vater. Vitt. 1023.

(6) « Madame la marquise de Pompadour, ayant eu froid en décembre 1762, dans le parc des Versailles, se réveilla le lendemain, ne voyant plus que la moitié des objets, qu'elle regardait avec l'oeil gauche ». DEMOURS op. c. T. I. p. 397.

*Visus duplex (7), polyopia.*

13. *Visus duplicitis*, seu *diplopiae*, ut symptomata pellagrae (8), plicae (9), hydrocephali (10), apoplexiae (11), jam sermonem instituimus. Vitium hoc bifarium; nunc enim objecta tunc solum duplia, aut multiplicata (\*) apparent, dum ambobus oculis cernuntur; nunc tantum, si aeger uno, alterove oculo ea intuetur. Aeger imaginem objecti raro aequaliter distinrete videt; imago clarior objecto reali utplurimum respondet, obscurior falso. Qua de caussa aegri, quamvis diplopia laborantes, in objecto designando raro errant. Sunt, qui solum objecta procul posita, aut dum oculum in unum, alterumve latus vertunt, duplia videant. *Causae* diplopiae esse censentur rerum positiones, sub quibus duplex unius, ejusdemque objecti

(7) VATER diss. qua vitiis visus duo rarissima, alterum duplicati, alterum dimidiati exponuntur. WITT. 1723. KLANCKHOLD diss. de visu duplicato. ARGENT. 1746. HALLER coll. diss. pract. Vol. I. N. 21. BUCHNER de visione simplici et dupliciti. ARGENT. 1753. HOME in *philos. transact. for* 1797. P. I. v. REIL's *Archiv. f. d. Physiol.* 3. B. p. 8.

(8) P. I C. XXV. §. CXXXIX. 1.

(9) Ibid. C. XXXVI. §. CXLIV. 2.

(10) P. II. sect. 1. C. IV. §. XII. 4.

(11) Ibid. C. II. §. XXV. 1.

(\*) *Polyopia.*

imago super retina depingitur. Spectant hoc peculiaris faeiei anterioris corneae, vel lentis inaequalitas, qua seilicet ipsae in duas, aut plurimas superficies dividuntur; porro iris duplii pupilla instrueta (12), pupillae situs alienatus (13), lens e sede remota (14), muscularum oculi motoriorum vitia (15), diversitas magna oculorum ita, ut idem objectum, quoad magnitudinem, positionem, distantiam vario plane modo in amboibus oculis appareat; exophthalmia (16), strabismus, eo videlicet in easu, quando oculis aequali acie praeditis, objectum non in uno, eodemque retinae punto pingitur, sed in uno oculo, e. e. in ipso centro retinae, in alio ad latera illius: ac tandem vitia systematis nervosi ophthalmici, portione cerebrali non excepta (17).

(12) RECHELLINI *Lettera al Sr. Coccoi. Vicenz.* 1749.

(13) BAUMER in act. soc. Hass. N. 27.

(14) SCHENK observ. L. I. N. 281.

(15) PELARGUS *med. Jahrgange.* 2. B. p. 528. 3. B. p. 526.  
MORGAGNI Epist. XIII. art. 26. Cf. AUTENRIETH *Physiologiz.*  
§. 1001.

(16) HUFELAND'S *Journ.* 15. B. 2. St. p. 62.

(17) Diplopiae a violentiis externis capiti illatis leguntur apud SCHMUCKER op. c. 1. B. N. 26. Teste E. HOME (*Philos. Transact.* 1814.), steatoma lobi posterioris cerebri primum functiones ventriculi, et intestinalium lacsit, deinde diplopiam, et tandem cecitatem produxit.

Praeter morbos encephali diplopiac ansam porrigit: intuitus diuturnus loci lucidi (18), exsiccatio impetiginum, fuga incanta febrium, haemorrhagiarumque, transpiratio suppressa (19), ebrietas, terror, ira (20), saburrae, acida primarum viarum, et vermes. Prognosis, et therapia ex aetiologya derivanda. Facile hinc intelligitur, pro re nata conduxisse *electricitatem* (21), *magnetem* (22), *valerianam* (23), *mercurium* (24), *sulphur* (25), *quietem muscularium bulbi* (26), *agitationem vehementem corporis* (27), et *sternutationem* (28).

(18) *Judaeam solventem fierces in platea loco muro dealbato opposito, in quam radii solares per magnam diei partem allidebant, diplopia laborasse observavi.*

(19) *HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. IV. Cap. 4. obs. 1.*

(20) *WEBER Wirkungen d. kunstl. Magnets. p. 7. 10.*

(21) *GRIMM. in Archiv d. pr. Heilk. f. Schlesien. 1. B. 1. St. N. 4.*

(22) *VVEBER I. c. p. 10.*

(23) *GOCCH cases. Ed. nov. p. 41.*

(24) *Idem I. c.*

(25) *Idem, ibidem.*

(26) *HOME I. c. ARNEMANN's Magaz. f. d. Wundarzneyk. 2. B. p. 490.*

(27) *PLOUQUET Lit. med. digest. T. I. vocab. *Diplopia*.*

(28) *Commerc. lit. Norimb. 1745. p. 230.*

*Photopsia.*

14. De *photopsia*, seu *lucis morbosae evolutione*, ut symptome plicae (29), ophthalmiarum (30), et amauroseos (31) jam quaestio fuit. Lux ista morbosa speciem flammarum, fulminis, globi ignei refert, et maxime in loco obscuro, et sub motu, ac compressione bulbi oculi apparet. Si malum, de quo agitur, transitorium, et accidentale fuerit, caussa plerumque in plethora, praesertim haemorrhoidalium, in saburris, in jactura seminis, ac in defatigatione oculorum locata est. Curandi ratio a dictorum memore divinatur.

*Myodesopsia.*

15. In *myodesopsia*, seu *visu muscarum* (32) objecta coram oculis versari videntur, quae revera desunt (*scotoma*). Objecta hujusmodi sunt puncta, maculae nigrae, vesiculae semipellucidae, lineae serpentinae, et similia. Quae singula nunc continuo, nunc concessis intervallis molestare solent. Quo in casu praecipue ab intuitu corporum lucidorum, et candidorum molestant. Scotomata vel mobilia, vel stabilia sunt. Illa coram

(29) P. I. C. XXXVI. §. CXLIV.

(30) §. XXVI. N. 2.

(31) §. XXXVI. N. 1.

(32) Germ. *Muekensehen*. Gall. *Mouches volantes*.

oculis, quamvis immobilibus super, et infra axin visus volitant. Haec motus oculorum sequuntur, at eundem semper locum, relate ad axin visus, occupant. Scotomata vel decolorata, vel nigra apparent. Caussa myodesopsiae proxima vel in puncto retinae perceptione lucis orbato, verisimiliter a compressione choroideae (33), vel in parte humoris vitrei obfuscata, vel in stimulo systema nervorum oculi ita affidente, sicuti corpora externa visum excitantia illud afficere solent, locata est. Generatim myodesopsiae refrigerium et humiditas, defatigatio oculorum legendo, scribendo, ab intuitu occasus solis, concussions capititis, imminentis epistaxis, affectiones viscerum abdominalium, vermes, haemorrhoides, jactura spermatis, impetigines retropulsae ansam porrigunt. Quocumque in casu myodesopsia pro affectione generis amaurotici haberi potest; attamen, si pupilla mobilis sit, et objecta vicina non appareant obfuscata, caecitatis periculum non urget. Cura secundum principia jam tradita (34) absolvenda.

*Strabismus, et luscitas.*

16. *Strabismum* (35) a *luscitate* (36) dis-

(33) VVARE in *medico-chirurg. transact.* Vol. V. 1814. London.

(34) §. XXXVII.

(35) Germ. *das Schielen.* Gall. *Vue louche.*

(36) Germ. *Das Schiefschen.*

tinguit BEER (37) ob id, quod in strabismo oculo, aut oculis debita conciliari potest positio, in luscitate autem vix, aut ne vix quidem. Praeterea strabismus plerumque in ambobus oculis, luscitas autem in uno tantum contingere solet. *Strabismi*, (in *divergentem*, aut *convergentem* divisi) caussae in mala consuetudine (saepe in incunabulis ob incuriam nutricum contracta), in atonia nerva, in hydrocephalo (38), et in vermibus quaerendae sunt. *Luscitas* originem trahere solet ex laesione, lacratione, paralysi unius alteriusve musculi oculomotorii: ex inaequali vi in utroque oculo (39), ex cicatrice ampla cornea, aut leucomate parvam pupillae partem immunem derelinquentibus, ex amaurosi oculi unius, ex scirrho glandulae lacrymalis, aut ex aliis tumoribus renitentibus orbitae. Strabismo, et luscitati in infantibus a mala consuetudine, eaque non multum inveterata pendentibus auxiliatur objecta semper directe coram oculis ponendo. Pueri persuasione, et flagello a pravo intuitu corrugandi; puellae vanitate. Multum enim hic firma voluntas praestat (40). Quandoque et ocu-

(37) Op. c. 2. B. p. 667.

(38) P. II. sect. 1. C. IV. §. XII.

(39) BUFFON in *mém. de l'Ac. R. des sc.* 1743.

(40) BEER I. c. p. 672.

lum sanum prius per horulam de die , deinde per totam diem diligare juvat , eo scilicet fine , ut oculus strabismo , aut luscitate mictiatus sensim seusimque sese ad axin visus convertere addiscat (41). Fascias , aut nancos perforatos oculis alligatos rejicit BEER (42). Strabismus , et luscitas aliorum morborum symptomata curam morbo primario accommodatam exposcunt . Postremo *oscillationis bulbi oculorum* , ut hysteriae , malae consuetudinis (43) , hydrocephali (44) , vitii congeniti (45) effectus mentionem injecimus . Quod malum a vitio musculorum obliquorum pendere videtur . Aflnis illi est *contractio spasmodica musculi orbicularis* , quae

(41) BEER l. c. Roux *Journ. de méd. générale*, 1814 avril.

(42) L. c. p 673

(43) An. 1815 in sartore Vilnensi *oscillationem* amborum oculorum ab infantia contractam observavi . Acta mea clinica . Vol. II.

(44) Acta mea clinica Vol. II.

(45) Die 19 novembris 1818 puella octodecim annorum clinicum mecum adiit continua *oscillatione oculorum* a nativitate laborans . Bulbus oculi simul sursum trahebatur . Morbum in tremore musculorum oculo-motoriorum , prae- certim musculi recti superioris quaesivi ; nt caussam aegra accusabat , quod mater eam in utero adhuc gerens a lepore terrefacta fuerit . Cfr. DEMOURS op. c. T. I. p. 4. 6. T. II. p. 498.

contractio minori in gradu vix ad morbos spectat (46), alias vero periodice recurrens grave malum constituit (47).

(46) Gall. *La souris*. « *En effet, le mouvement que l'onaperçoit sous la peau, a quelque ressemblance avec celui qui exciteroit en s'agitant une souris cachée sous un drap de lit* ». DEMOURS l. c.

(47) DEMOURS l. s. p. 473.

D E

MORBIS AURIUM.



## CAPUT VI.

DE MORBIS AURIUM IN GENERE, ET DE HIS  
AURICULAE IN SPECIE.

## §. XXXIX.

DOCTRINAE STATUS. LITERATURA.

ORDO NOSTER.

*Doctrinæ status.*

1. **R**econdita organi auditus sedes, delicata, et complicata illius fabrica (industria FALLOPII (48), EUSTACHII (49), DU VERNEYI (50), VALSALVAE (51), VIEUSSENII (52), CASSEBOHMI (53), HALLERI (54), COTUNNII (55), SCARPAE

(48) Observ. anat.

(49) Opusc. anat. de auditus organo.

(50) *Traité de l'organe de l'ouie. Paris 1683. in oeuvres anat. T. I.*

(51) Tractatus de aure humana. Bonon. 1704.

(52) *Traité de la structure de l'oreille. Toulouse 1714.*

(53) De aure humana. Fr. ad Viadr. 1730. Tract. de aure humana. Hal. 1734.

(54) Elem. physiol. T. V. p. 186.

(55) De aquaeduct. auris humanae. Neapol. 1760.

(56), MECKELII (57), MONROI (58), WILDEBERGII (59), KUHNAAUI (60), SOEMMERRINGII (61), POHLII (\*) cognita ), difficultas partium omnium laesiones anatomice perscrutandi, aegrorum (\*\*) sese rite explicandi impotentia , aut saltem illorum sese diurnae , ac taediosae curae regulariter submittendi impatientia , medicorumque talem curam cum studio , et assiduitate rite absolvendi incuria , haec , inquam , omnia de abjecta , in qua *doctrina morborum aurium* adhuc versatur , conditione abunde rationem redundat.

*Literatura.*

a. Eo majori , qui allatas vincere sategerunt difficultates , digni sunt laude: spectant

(56) *Disquisit. anat. de auditu, et olfactu.* Ticin. 1789 *De structura fenestrae rotundae et tympano secundario.* Munitiae 1772.

(57) *De labyrinthi auris contentis.* Argent. 1777.

(58) *Thrée treatises , on the brain , the eye , and the ear.* Lond. 1697.

(59) *Anat. u. physiol. Beschreib. d. Gehororgans.* Jen. 1798.

(60) *De organis auditui inservientibus.* Goett. 1798.

(61) *Icones organi auditus humani , Francf. ad Moenum.* 1806.

(\*) *Diss. sistens expositionem generalem anatomicam organi auditus per classes animalium.* Vindob. 1818.

(\*\*) *E. c. surdorum et mutorum.*

huc praeter anatomicos, passim et pathologiam locupletantes MERCURIALIS (a), GRAMMAEUS (b), WOLFF (c), ACIDALIUS (62), BAUHINUS (63), MEISNER (64), W. WEDEL (65), ZWINGER (66), A. WEDEL (67), HOFMEISTER (\*), ALBERTI (68), BERGER (69), LESCHEVIN (\*\*), BELZ (70), SCHACHT (71), MORGAGNI (72),

- (a) *De morbis oculorum, et aurium.* Venet. 1590
- (b) *De morbis oculorum, et aurium.* Venet. 1601.
- (c) *Diss. in GALENI libros de affectibus aurium.* Helmst. 1619.  
*Recus. in Semiotice ad GALENI libros de locis affectis.*  
Helmst. 1820.
- (62) *Diss. de auditione laesa.* Vitemb. 1640.
- (63) *Diss. de auditus laesione.* Basil. 1687.
- (64) *Diss. de auditu, ejusque vitiis.* Pragae 1690.
- (65) *Diss. de affectibus aurium in genere.* Jen. 1705.
- (66) *Diss. de otoiatreia.* Basil. 1715.
- (67) *Diss. de auditus vitiis.* Jen. 1720.
- (\*) *Diss. de organ. auditus, et ejus vitiis.* Leid. 1741.
- (68) *Diss. de caussis vitiorum auditus.* Hal. 1752.
- (69) *Diss. de morbis auris internae.* Francf. 1754. et diss.  
*de morbis auris externae.* ib. 1754.
- (\*\*) *Mém. couronné par l'Ac. de chir. de Paris en 1765.*  
*T. IV.*
- (70) *Abh. v. Schalle, wie er entsteht, fortgeht, ins Ohr wirkt, u. wie d. Horen geschieht.* Berl. 1764.
- (71) *Institutiones med. pract.* Amstel. 1767.
- (72) *De sedibus, et caussis morborum.* Epist. XIV.

WUNSCH (73), TRNKA (74), HAAS (75), FRITZE (76), HORLACHER (77), ARNEMANN (78), KRITTER (79), LENTIN (80), WILDBERG (81), LOEFFLER (82), GIBELHAUSEN (83), TRAMPEL (84), BRUGNONE (85), SAUNDERS (86), WILPERT (87),

(73) *De auris humanae proprietatibus et vitiis quibusdam*  
Lips. 1777.

(74) *Hist. cophoseos, et baryoecoea.* Vindob. 1778.

(75) *Diss. de vitiis auditus.* Lips. 1782.

(76) *Diss. sistens praecipuos aurium morbos.* Francf. 1789.

(77) *Diss. de praecipuis aurium morbis.* Goett. 1792.

(78) *Bemerk. ub. d. Durchbohrung d. processus mastoideus*  
*in gewiss. Fallen v. Taubheit.* Goett. 1792.

(79) *Diss. de auditu difficulti.* Goett. 1793.

(80) *Tentamen vitiis auditus medendi maximam partem no-*  
*vissimis anatomicorum, et chirurgorum inventis adstruc-*  
*tum.* In *comm. soc.* Goett. Vol. IX. Cl. Phys. p. 39..  
KRITTER u. LENTIN; *ub. d. schwere Gehort.* Leipz. 1794.

(81) *Versuch e. anatomisch-physiologisch-patholog. Abhandl.*  
*ub. d. Gehorwerkzeuge d. Menschen.* Jen. 1795.

(82) *Versuch e. prakt. Abhandl. ub. d. Ohrenkrankheiten,*  
*Erwachsene u. Kinder betreffend in STARK's neuem Ar-*  
*chiv f. d. Geburtshilfe, Frauenzimmer u. Kinderkrankh.*  
1. B. p. 396.

(83) *Diss. de dignoscendis auditus vitiis.* Hal. 1799.

(84) *Wie erhält man sein Gehör gut u. was fängt man da-*  
*mit an, wenn es fehlerhaft geworden ist?* Pyrm. 1800.

(85) *Obs. anatomico-pathol. sur le labyrinthe de l'oreille.*  
v. *Mém. de l'Ac. de Turin pour les années 1805-8.* p. 167.

(86) *On the anatomy and diseases of the Ear.* London  
1806. Second edition. 1817.

(87) *Diss. de morbis quibusdam organi auditus.* Dorpati.

KERN (88), HESSE (89), BALL (90), AUTENRIETH (91), BAEHRENS (92), WRIGHT (\*), ASBURY (93), SWAN (94), HIMLY (95), CURTIS (96), MONFALCON, et SAISY (\*\*), aliisque infra commemorandi.

*Ordo noster.*

3. In tradenda morborum aurium doctrina sequentem amplectimur ordinem, nempe de morbis 1.<sup>o</sup> auriculae : 2.<sup>o</sup> meatus auditorii ex-

(88) *Med. Jahrbucher d. k. k. Oesterreich. Staates.* 2. B.  
p. 1813, 1814.

(89) *HUFELAND's Journ.* 1814 august.

(90) *Diss. de aure humana, et ejus morbis.* Edinb. 1815.

(91) *Tubinger Blatter f. Naturwissenschaft u. Arzneik.*  
*Tubing.* 1815. 1. B.

(92) *Diss. de otorrhoea.* Halae 1817.

(\*) *Essay on the human Ear.*

(93) *Remarques sur les fonctions, et sur quelques états particuliers de l'organe de l'ouïe, descript. d'un nouvel instrument pour pratiquer la ponction de la membrane du tympan.* v. *Bibl. méd. Paris* 1818 oct. p. 111.

(94) *Obs. on some points relating to the physiol. and pathol. of the Ear.* in *Med. chir. trans. for the year* 1818.  
*T. IX. P. II.* p. 422.

(95) *Locus citandis.*

(96) *Treatise on the physiol. and diseases of the Ear.*  
*Lond.* 1818. 2 Edit. Versio germanica hujus splendidissima ac misericordia libri extat, auctore ROSSI, cum notis haud sphenendis. Lips. 1819.

(\*\*) *Oreille* in *Dict. des scienc. méd.* *T. XXXVIII.* p. 1-126.

*terni: 3.<sup>o</sup> membranae, et cavitatis tympani: 4.<sup>o</sup> tubae Eustachianae, et 5.<sup>o</sup> labyrinthi.* Quarum partium morbos enucleando passim quaestio erit de *otalgia* (97) (dolore scilicet auris unius, vel utriusque apyrectico morbum per se constituen-  
te), de *otitide* (98) (inflammatione scilicet parti-  
tis unius, alteriusve organi auditus, morbo,  
saltem dum acute decurrit, febre, et saevis  
doloribus stipato), de *surditate* (cophosi (99)),  
de *subsurditate* (baryecoïa (100)), de *auditu  
erroneo* (pseudocoïa (1)), cum perceptiōne sci-

(97) A gr. ἠύς, auris, et ἀλγεῖς, dolor. Germ. *Ohrenschmerz*, *Ohrenweh*. Gall. *Douleur ou mal d'oreille*. Angl. *Ear-  
ache*. Pol. *Boluszow*. Legatur *WARENIUS* Diss. de catarrho  
et ex eo descendente otalgia. Rost. 1663. *VOLCKAMER* Diss.  
de otalgia. Altd. 1733. *KALTSCHMID* Diss. de otalgia. Jen.  
1749.

(98) A gr. ἠύς, auris. *BROTBECK* Diss. de inflammatione au-  
rium. Tub. 1667. *ITARD* art. *Otite* in *dict. des sc. méd.*  
*T. XXXVIII.* p. 511.

(99) A gr. οὐρός, surdus. Germ. *Taubheit*, *Gehorlosigkeit*.  
Gall. *surdité*, Angl. *Deafness*. Pol. *Gtuchota*.

(100) A gr. βαρύς, gravis, ἀκοή, auditus. Lat. *Surdaster* (ae-  
ger) Germ. *schweres Gehör*. Gall. *ouie dure*, *dureté  
d'oreille*. Angl. *Difficulty of hearing*, *half deaf*. Pol.  
*Teposc stuchu*. *Aure una tantum laesa*, *surditas incom-  
pleta*, alias *completa* (*SAISSY* l. c. p. 38).

(1) A gr. φενῆς, erroneus, et ἀκοή, auditus. Germ. *Ohren-  
sausen*, *Ohrensingengen*. Gall. *Tintouin*, *siflement*, *brouis-  
sement des oreilles*. Angl. *Noise of the Ear*, *ringing in  
the Ear*. Pol. *Szum*, *swist*, *dzwiek w uszach*.

licet tinnitus, susurri, bombi, soni duplicitis,  
seu justo acutioris (oxyecoïa (2)).

## §. XL.

### MORBI AURICULÆ.

#### *Vitia conformatioñis.*

1. Auriculae (\*) visae sunt defecisse (3), aut in uno tantum latere extitisse (4), aliena loca occupasse, ut ad collum (5), ad genam (6),

(2) A gr. ὁξεός, acutus, ἀκοή, auditus. Lat. soni intolerantia.

(\*) Aurem externam feminarum formosam magis esse illa marium, jure SOEMMERING (l. c.) asserit dicens: « quae perfectioris structurae est, formam habet masculina et oblongiorem, et multo teneriorem, mollioremque ».

(3) LYCOSTHENES prodigiorum, et ostentorum chronica. Basil. 1557, p. 661. SCHENK obs. med. Basil. 1594, de capite humano, obs. 303, p. 335. BARTHOLINUS acta med. et phil. Hafn. 1671, Vol. I, obs. 24, p. 53. HAAS l. c. WAIZ neue Ausz. aus Diss. f. die W. A. 6. B. p. 12. WILDBERG l. c. p. 232. OBERTEUFFER in STARK's N. Archiv. 2 B. p. 638. FRITELLI in Orteschi Giornale di Medicina. T. III p. 80

(4) LACHMUND Misc. Nat. Cur. Dec. I. an. 6, obs. 178, p. 235. HALLER pr. de monstr. fabrica. Goetting. 1751, obs. 1.

(5) SEBENICIUS diss. physiolog. qua respiratio foetus in matre nulla evincitur. Ven. 1765.

(6) FIELITZ vermischt Beobachtung in STARK's Archiv f. d. Geburtshülfe, 2. B. 1 St. p. 71.

et scapulam sinistram (7). Alias fuerant duplicitae (8), a forma normali recedentes, rotundae (9) scilicet, auribus animalium similes (10), transversim fissae (11), adnatae (12), pendulae (13), excrescentiis (14), et naevis (15) notatae.

*Paralysis.*

2. Quot quot fere sumus, stricte loquendo *paralysi auris externae* laboramus, quod tum a mitris, et fasciis, quibus a tenerima infantia hominum in civitate viventium caput circumtegitur, tum a desiderata necessitate eorum aures ad conservationem propriam in usum ducendi, repetendum est. Fertur saltem, populorum sylvaticorum aures, animalium instar,

(7) WOLF sect. memor. T. II. in centen. 16, p. 829.

(8) STARK *neues Archiv.* 1 B. p. 415. *Anmerk.*

(9) LYCOSTHENES l. c. SCHENK l. c. p. 334.

(10) COLUMBUS de re anat. Lib. XV, p. 484.

(11) LOEFFLER l. c. p. 410.

(12) DE MARQUE *Traité des bendages de chirurgie* (*separatio per scalpellum*).

(13) *Allgem. Hist. des Reisen zu Waster u. zu Lande*, 10 B. p. 241.

(14) PAULUS AEGINETA L. III. C. 28.

(15) Exemplum filii e matre orti, quae sub graviditate ab *h*rudine in aurem sese insinuante terrefacta fuit, coram oculis habeo. Lobulus auriculae dextrae duplo major, et *pilis cooptus* est.

undique moveri posse (16), cuius phaenomeni et inter nos quaedam exstant exempla (17).

*Alia mala.*

3. Pars auriculae cartilaginea tum ex applicatione forficum sub partu (18), tum ex aliis caussis fracta, et tota auricula rescissa (19) est visa. Maxime lobus auriculae a perforatione ornamentorum gratia peracta laeditur; quo 1 genus setaceorum, praesertim in aetate adhuc tenera, vel cum damno (20), vel cum profectu (21), raro indifferenter, percipitur. A lobuli perforatione universae auriculae phlogosin vidi-mus. Fertur illa lethalis fuisse (22). Generatim

(16) CARDANUS Lib. VIII, C. 40 de varietate. COLUMBUS l. c. L<sup>o</sup> V, C. 70. SCHENK l. c. obs. 304, p. 336. SCHELHAMMER de auditu. Lugd. Bat. 1684, Par. I, C. 1, §. 7. CASSE-BÖHM Tract. sex anat. de aure humana. Hal. 1734. Tract. II, §. 54. WILDEBERG l. c. §. 129.

(17) SCHENK Lib. I, obs. 332. VESALIUS de fabrica corp. humani C. 13, aliquie multi. Et medicus Vilnensis facultate aures suas sat libere movendi pollet.

(18) STARK l. c. p. 417. *Aumerk.*

(19) CELSUS L. VII, C. 6. LOEFFLER l. c. p. 415.

(20) LAMBERT *commentaire sur la carie.* Vid. HALLER Bibl. chirurg. V. I, p. 315 (suturis reconciliata. JAEGER *Beytr. z. Arzneywiss.* 3 B. p. 105).

(21) Legi de hoc argumento meretur TRAMPEL l. c. Cfr. §. CXVI, N. 6.

(22) In *mémoires de DANGEAU*, 2 Vol. p. 155 legitur: « No-

in aures ponderosae , lobulum vehementer deorsum trahendo meatum auditorium molestant (23). Condemnanda praeterea sunt panitio , qua puerorum lobuli trahuntur , ac jocus : quo corpusculum illorum , manibus auribus admotis , attollitur. Auricula quoqne praeda fieri solet herpetis (\*), erythematis , pernionis (24) , intertriginis (25) , erysipelatis (26) , variolarum , suppurationis (27) , gangraenae (28) , ruboris aestuantis transitorii , vel a causa haemorrhoidali (29) , vel a reconditis tuberculis palmonis (30) ,

*tre ambassadeur à Lisbonne a mandé la mort de la reine de Portugal. Elle est morte de s'être fait percer les oreilles ».* Lege de incommodis perforationis auriculae : Boce MOREAU in *Journ. de méd. T. 29* , p. 362. Vid. SIEBOLD Chir. 3 B. 1 St. p. 170.

(23) DESMONCEANA op. c. p. 363.

(\*) CURTIS op. c. vers. p. 21.

(24) P. I Vol. II , §. LXXXVIII.

(25) P. I Vol. II , §. LXXXVIII.

(26) Ibid. §. XXVI , 3

(27) CONRADI *Handbuch der pathologischen Anatomie* p. 494 (consumtae per suppurationem).

(28) Ex morbillis v. P. I Vol. I , §. LVIII , N. 3. Ex decubitu (SAISSY l. c. p. 28).

(29) Haemorrhode caput allidente , nil frequentius tali aurium rubore.

(30) Cujus phaenomeni explicatio ex P. II Vol. I , sect. I desumenda.

et leprae (31). Nec parcer illi scrophula, syphilis,  
et carcinoma (32).

## CAPUT VII.

### DE MORBIS MEATUS AUDITORII EXTERNI.

#### §. XLI.

##### VITIA CONFORMATIONIS. INFLAMMATIO GENERATIM.

###### *Vitia conformatio-*

1. **M**eatus auditorius externus repertus est complanatus (\*), brevis, et rectus (33), duplex (34), occlusus (\*\*) nunc a membrana (35),

(31) De lapsu aurium a lepra v. HENSLER *vom abendland. Aussatze im Mittelalter*, p. 153.

(32) FISCHER *Abhandl. v. Krebse d. Ohrs. Lüneb.* 1803.

(\*) BOYER *Traité des maladies chirurgicales.*

(33) HAAS l. c.

(34) HOHLER *Beschreib. d. physiolog. n. patholog. Praparate d. LODER'SCHEN Samml.* Jena 1795, p. 148. N. 583.

(\*\*) Vid. *Dict. des sc. méd. art. imperforation.*

(35) PAULUS AEGINETA L. VI, C. 23. LENTILIUS *miscellanea*

nunc a massa cornea (36), nunc a trago praemagno (\*).

### *Inflammatio.*

2. Frequentissime meatus auditorius externus *inflammationi* tum *acutae*, tum *chronicae* indolis *traumaticae*, *catarrhalis*, *metastaticae*, *consensualis*, *arthriticae*, *scrophulosae*, *venereae*, *complicatae* cum omnibus harum *inflammationum* sequelis subjicitur.

## § LXII.

### VARIAE INFLAMMATIONUM SPECIES.

#### *Inflammatio traumatica.*

1. *Inflammatio traumatica meatus auditorii externi* praecipue corporibus extraneis illi intrasis (37), illapsis, irreptis ortum debet (38).

medico pract. Ulm. 1698, p. 226. TREW in *Commerc. liter. phys. med. LACHMUND* I. c. A. WEDEL I. c. §. 4. HENKEL *neue med. chir. Anmerk. Berlin* 1769. *Sammel.* I. Cfr. *Misc. nat. cur.* Dec. II, an. 7, 8, p. 138.

(36) BARTHOLINUS hist. anat. rar. Cent. VI, T. 3, p. 259.

(\*) SAISSY I c. p. 28.

(37) Ostalgia ab intrusis SAUVAGESII morb. Class. VII, XV. 4.

(38) BELL's *Lehrb. d. Wundarzneyk.* 4 B. p. 100. Cfr. *Dict. des sc. méd. art. corps étrangers.*

Spectant hoc pisum (39), nucleus cerasi (40), conchula (41), lapillus (42), globus vitreus (43), ossiculum (44), grumus sanguinis (45), acus (46), frustulum ligni (47), gossypium (48), vermis (49), pulex (50), gryllus (51), formica

- (39) VALENTIN in Misc. nat. cur. Dec. II ann. 2, obs. 164.
- (40) MARCELLUS DONATUS med. hist. mirab. L. II, C. 12.
- (41) FORESTI obs. et curat. med. Lib. XII.
- (42) GILIBERT advers. med. pract. p. 204.
- (43) FABR. HILDANUS Cent. I, obs. 4.
- (44) HAGENDORN. Cent. I, obs. 64.
- (45) SCHMUCHER *vermischte chir. Schrift.* 3 B. p. 284.
- (46) LA MOTTE chir. observ obs. 335. HUFELAND's *Journ.* 19 B. 2 St. p. 183.
- (47) *The Edinb. med. and surg. Journ.* 1815. Jan.
- (48) Homines in regionibus septentrionalibus iter instituentes  
saepe ad aures contra aërem gelidum tuendas illis gossypium  
immittunt, cujus si obliviscantur, intruditur magis  
magisque in meatum, ac otalgiae, otitidi, nec non surditati  
ansam dat, ut pluries expertus sum.
- (49) SCHULZ misc. nat. cur. Dec. I an. 2, obs. 24. VOLKAMER ibid. an. 3, obs. 265. MENZEL ibid. Dec. II an. 2, obs. 57. NATHORST in ACRELL's *chir. Vorfalle, ubersetzt v. MURRAY* 1 B. p. 221. CAMERARIUS diss. de verme auribus excusso.  
Tub. 1421.
- (50) CELSUS Lib. VI. C. 7.
- (51) CROSSEL ibid. an. 4, obs. 145.

(52), aranea (53), musca (54), hirudo (55), acarus equinus (56). Accedunt auriscalpia, ictus, aliaeque contusiones (saepe extravasato cruento ansam porrigentes), cerumen copia excedens, aut induratum (57), et pharmaca acria meatui immissa (\*). Quae singula pro re nata dolorem

(52) CLAUDE ibid. an. 4, obs. 145.

(53) STALPARTUS VAN DER WIEL obs. chir. Cent. 2, obs. 11.

(54) KLAUNIG Eph. nat. cur. Cent. VIII, obs. 11.

(55) BARTHOLINUS Hist. nat. rar. Cent. IV, hist. 74, T. 2, p. 383.

(56) PELARGUS *med. Jahrgange VI*, p. 280. J. P. FRANK oratio de signis ex part. posit. in delect. opusc. T. VI, p. 18. Cfr. SCHENK obs. med. L. I, obs. 332, p. 370. SOLINGEN *Manuale der Chirurg. Amst.* 1684. P. I, C. 50, p. 152. MOINICHEN obs. med. chir. edit. LANZONI. Dresd. 1691, obs. 16, p. 59. FAERICIUS HILDANUS l. c: Cent. I, obs. 6. Cent. III, obs. 4. Act. erud. Lips. 1715, p. 410. *Journ. de méd. T.* 20, p. 150, *T.* 33, p. 521, *T.* 66, p. 397. BONETI medic. septentr. Vol. I, p. 218, Vol. II, p. 429. MANGET Bibl. med. pract. T. p. 235.

(57) « Scilicet cerumine multo collecto, si quis multum in pulvere versetur, is illapsus cum eo commisetur, et coit in massam plus vel minus tenacem; unde haec auditus difficilis caussa saepius in rustica plebe invenitur, quae in horreis triturando, et frumentum eventilando multum occupatur: ut et in aurigis, atque ovium pastoribus, qui siccata, et calida aestate pulvere continuo circumdati sunt ». SCHULZE l. c. §. 7. Et in recens natis cerumen induratum saepe meatum occludit. (CURTIS l. c. p. 31).

(\*) SAISY l. c. p. 45.

vari generis ab auribus ad partes adjacentes propagatum, quandoque febreim, et auditus difficultatem producunt. Suspicamur, corpus extraneum seu cerumen induratum in meatu auditorio latitare: si malum *in una tantum aure* obveniens drepente ortum fuerit, aut saltem de die in diem magis magisque invalescat, si que illud susurru, praesertim sub masticatione, nec non bombo, quasi a mallei ictu stipetur, in primis si aeger infans sit, in aëre aperto super herbam decumbens in morbum inciderit. Caeterum diagnosis ex autopsia in morbis aurium nunquam negligenda (58) instituitur. Quae ut secundum regulas artis locum obtineat, aeger in loco lucido ita sedeat oportet, ut radii solares, si possibile, in meatum auditorium incident. Caput illius a socio antrorum reclinatum sustinetur. Medicus ope vel tenaculae, vel speculi sic dicti auris margines orificii meatus removet. Apparente verme, larva, aut insecto in

(58) Plurimi mihi jam obvenerunt aegri ab aliis per menses vel ob otalgiam, vel ob surditatem eum hirudinibus, vesicatoriis, antirheumaticis etc. ineassum curati, in quibus vero, aure probe examinata, caussam malorum vel in cerumine indurato, vel in gossypio in meatu auditorio latente detexi, et facile fugavi. Jam CELSUS dixerat (L. VI, C. 7): « Ubi gravius aliquis audire coepit, in primis aurem ipsam considerare oportet.

meatu, illis non indiscriminatim morbus adscribendus, cum saepissime insecta ova in aurem jam prius aegrotantem deponere soleant. Cavendum quoque, ne tophus, aut exostosis meatus pro corpore extraneo habeantur (\*). Corpus extraneum qualecunque, utpote ex dinturna mora non solum auditui, sed et reliquis functionibus infensum (59), praemissa instillatione nounularum guttarum olei, quo delicatius id fieri potest, et cavendo, ne profundius intrudatur, extrahendum (60). Quod si tale corpus *tenacula* comprehendendi non posset, ac mollieris esset substantiae, illud in frustula minora ope forficis

(\*) Teste J. P. FRANK chirurgus incautus in talem errorem incidit, unde tanta irritatio orta est, ut aeger convulsus perierit. Controversiae circa extractionem corporis extranei e meatu auditorio auctoribus WRIGHT, et FORD legantur in *the Lond. med. Repos.* 1813.

(59) Observatio allata FABR. HILDANI docuit, globulum vitreum in meatu auditorio sinistro relictum praeter cephalaeam, torporem, primum brachii, postea et femoris ejusdem lateris cum acerrimis doloribus, noctu et sub tempestate humida adactis, excitasse. Accedebant tussis, amenorrhoea, convulsiones, et tabes brachii sinistri. Extracto octavo morbi anno globulo ex aure, omnia fugata fuerant mala. Exemplum ejusdem generis apud SCHENK occurrit. (Obs. med. p. 194.).

(60) Regulas hue spectantes HEISTERUS (Chir. c. 6.) pulchre exposuit.

rescindendum, aut sectione partis meatus auditorii educendum foret (61). Insecta, instillato in meatum auditorium *oleo*, necantur, vel aqua, melle, aut gossypio immisso extrahi possunt (62). Virtus *assae foetidae* (63), et *mercurii* hic tentanda foret. Cerumen induratum modo infra indicando emollitur, abigiturque. Quod si caussa mali abigi illico sine magna irritatione haud posset, aut si illius extractio statum inflammatorium partis affectae adauxerit, *hirudinibus* circa eam, et eccoproticis succurrendum foret. Quocumque in casu meatus linteolo super auriculam pendente a vicissitudinibus aëris tueri debet.

#### *Inflammatio catarrhalis.*

2. *Inflammatio meatus auditorii catarrhalis* (64) refrigerio, transpirationi suppressae, potissimum autem, nostris saltem in regionibus

(61) I. G. VOCEL's *Handb. d. pr. Arzneywissensch.* 4. Th.  
p. 102.

(62) Ait CELSUS l. c. « lanae paululum in aurem compellendum est, quo pulex, vel aliud animal, quod intus est, illud subeat, et cum ea extrahatur ».

(63) Cfr. P. I. C. II. §. XII. 12.

(63) *Otalgia catharrhalis Ettmulleri.* *Otalgia notha Nenteri.*  
ALAFD *Essay sur le catarrhe de l'oreille.* Paris 1807. v.  
*Journ. de méd. continué.* 1810. p. 298. DES-CAMPS in  
*Journ. gén. de méd.* T. 38. p. 161. BAERENS l. c.

(65), aëri frigido aurem allidenti, nec non decubituī super solum humidum ortum debens dolore saepe obtuso, quandoque pungente, primum per vices redeunte, dein continuo a motu maxillae aucto, et haud raro auditu imminuto orditur. Dolor a compressione orificii meatus augetur. Meatu proprius examinato, membrana illius interna rubra, vel si a lympha coagulabili obducatur, albescens conspicitur. Accidit saepe erysipelas faciei (66), et tumor parotidis. Malum nunc ex una ad alteram transit aurem, nunc utramque simul detinet. Eo vigente, dolor propagines quotquot sunt nervi communicantis faciei, rami maxillaris inferioris, et cervicalis secundi, et tertii sequitur. Interea febris notis catatrhalibus, et coryza insignita (67), vigiliae, cephalaea urgent, donec tertio, quartove morbi

(65) Celebris est doctrina HIPPOCRATIS (sect. III. Aph. 5.)  
 « Auctri auditum gravantes, caliginosi, caput gravantes, torpidi, dissolventes. Quum hic ventus praevaluerit, talia in morbis patiuntur ». Auctri autem illis regionibus, quibus HIPPOCRATES vixit, aërem adferunt calidum, et humidum. Caeterum et LESCHEVIN (l. c.) aërem frigidum pro communissima caussa morborum auris declarat : « il resserre les pores, et les petits tuyaux excréteurs des glandes cérumineuses, et épaisse l'humeur qu'elles filtrent ».

(66) P. I. §. XXV. 3.

(67) P. II. C. VI. §. LXV. 3.

die materies puriformis ex meatu auditorio in conspectum veniat; succedit enim tunc plerumque levamen, quod immerito rupturae abscessus tribui solet, qui scilicet abscessus neque tam cito formatur, uti vulgo creditur, neque disruptus tantam materiei copiam largitur, uti sub curriculo inflammationis rheumatiae meatus auditorii externi speciem *blennorrhoeae* exhibentis observari solet; ad abscessum enim hic solum concludere licet, si sub remissione symptomatum dolor ex pungente, et acuto evadat obtusus, et pulsans, sique, praevio sensu rupturae in parte affecta, pus extemplo effluat. Disruptus abseessus in aegro eaeterum sano sponte sanatur; alias in *exulcerationem* variae indolis, pro re nata cryptis sebaceis, tympano, et parti osseae meatus auditorii infensam transit. Lympha e contrario coagulabilis non solum partes non destruit, sed iis quid addere solet. Ex illius nempe in textum cellulosum membranae meatum auditorium ambientis depositione membrana ista incrassatur, subsequente necessario iure canalis *angustatione* (68), seu *atresia* (69). Quandoque pseudo-membranae *tympanum* alte-

(68) LA METTRIE *Prix de l'acad. de chir.* T. 9. in RICHTERS<sup>2</sup> *chir. Bibl.* 4. B. p. 734.

(69) MARCELLUS DONATUS L. VI. C. 2. p. 619. BARTHOLINUS *Hist. anat. Gent.* VI. N. 36.

*rum* simulantes (70) nunc ad orificium meatus, nunc ad illius medietatem (71), aut polypi (72), aut excrescentiae fungosae (73) generantur. Quantum inde auditus laedi debeat, quisque intelligit. Ad obtinendam inflammationis catarrhalis meatus auditorii externi resolutionem, si febris adsit, *venaesectio* e vena jugulari, vel alia brachii lateris affecti instituitur, quo facto, aut absente febre, *hirudines* copiosae undique circa auriculam reiteratis *vicibus* apponuntur. His deficientibus, *cucurbitulae scarificatae* ad nucham supplent. Usui interno *nitratas potassae*, et *lenia* alvum *laxantia* inserviunt. Modo versus

(70) MORGAGNI (op. c. epist. XIV. 12, et 13, epist. anat. V. §. 1.) omni jure existentiam *tympani duplicitis*, de quo narrat BONETUS (Sepulcr. anat. L. I. sect. 29. obs. 4.), in dubium vocat. Ad membranas morbosas tale pseudotympanum jam DU-VERNEY revocavit (op. c. P. III. p. 38.).

Ita KOHLER (LOSECKE obs. p. 24). SAUNDERS l. c. p. 27.

(71) OBERTEUFFER in STARK's *Neues Archiv.* 2. B. p. 63.

(72) Eph. nat. cur. Cent. VI. obs. 21. QUELMALZ de obturazione meatus auditorii, in primis a polypo. Lips. 1752. L. E. SCHNEIDER's *Chirurg. Geschichten mit theor. u. pr. Anmerk.* Chemnitz 1766. 1. B. p. 75. BELL l. c. LODER's *chir. Beobacht.* 1. B. p. 109. ASTLEY COOPER l. citando et MONFALCON l. c. p. 31., qui de polypo meatus auditorii externi, argumento plane chirurgico, docte loquitur.

(73) FABR. HILDANUS obs. chir. Cent. III. obs. 4. MARCHETTIS obs. med. chir. 28.

finem vergente, *diapnoicis*, et *vesicatorio* ad nucham locus est. Amissa resolutionis spe, *abscessus* maturandus, quo scopo inserviunt spongiae *decocto malvae*, aut *lacte* tepido imbutae, ac meatui auditorio appositae: *lac* illi instillatum: *cataplasma emolliens*, vel *anodynnum* retro aures: reque segnius procedente, *laudanum liquidum cum unguento irritante* (74) hic illinitum. Cave antem, ne meatui ipsi *opium* instilles (75). Disrupto abscessu, spontanea partium affectarum sanatio expectanda. Quod si exulceratio chronica, et inde effluxus aurium relinqueretur, secundum regulas infra tradendas incedendum foret. Pseudo-membranae, et atresia meatus cultrum exposcunt (\*).

#### *Inflammatio metastatica.*

3. Non solum morbi cerebri crisin quandoque per meatum auditorium externum agnoscunt (76), sed et pleuritides (77, aliique morbi (\*\*). Lege,

(74) LENTIN in HUFELAND's *Journ.* 1. B. p. 181.

(75) Mortis inde exemplum ZACUTUS LUSITANUS refert in med. pract. hist. L. I. p. 396.

(\*) CURTIS l. c. p. 24. nota.

(76) P. H. sect. I. C. IV. §. XXII. 12.

(77) Unde BAGLIVIUS (Prax. med. L. I. de pleuritide): «Pleuritici, quibus ab interiora auris dolor, et exinde abscessus, et pus superveniebant, omnes sanabantur... praesertim ineunte anno 1694. Romae ».

et memoriae probe committe verba HIPPOCRATIS (78), et BAGLIVII (79) de crisi morborum acutorum per affectiones aurium (80). Memorabilis praeterea est *inflammatio metastatica meatus auditorii externi* saepe chronica, ac surditate stipata, quae suppressioni blennorrhoeae urethralis (81), fluoris albi (82), et diarrhoeae originem debet. Cura ex doctrina ophthalmiarum metastaticarum (83) abstrahenda.

(\*) « *Il existe à Cayenne une fièvre catarrhale, qui fait quelque ravage; elle dégénère quelque fois en fièvre maligne. Elle se termine par un mal de coté ou par un abcès à l'oreille. Plusieurs malades guéris de la fièvre, restent sourds.* » Extrait d'une lettre écrite de Cayenne en date du 27 Juin 1817. Vid. Journ des débats.

(78) Coacae prænotiones. « Quibuscumque autem ex peri-pneumonia abscessus circa aurem, aut ad infernas partes fiunt, et suppurantur, ac fistulantur, hi superstites evadunt ».

(79) Op. c. De parotidibus, et surditate in acutis.

(80) Medicos HIPPOCRATI addictissimos saepe de solutione morborum acutorum per aurium affectiones loqui (quam ipse raro observaveram) quondam mirabar. Alter nunc, ubi in medendo viam ab HIPPOCRATE indicatam sequor; crebro enim mihi crisis febrium, et inflammationum per fluxum ex auribus obvniit.

(81) ANDRÉ Abhandl. v. vener. Tripper. p. 101. SWEDIAUR sur les maladies syphilit Vol. I. p. 165. Vol. II. p. 73.

(82) WEICKARD med. Fragm. p. 170.

(83) §. XXVII. 4.

*Inflammatio consensualis.*

4. In pueris meatus auditorius externus haud raro per *consensum*, id est a dentium molarium eruptione (84) inflammatitur. Idem in adultis a dente carioso observatum est (85); rami enim nervi maxillaris inferioris, qui tertius quinti paris ramus est, et qui ad linguam pertinet cum minori nervo, qui ab aure descendit, et a septimo pare, hujusque portione dura deducitur, non directe quidem, sed ope nervi temporalis superficialis nervum superiorem meatus auditorii largientis (86) una committuntur, et miscentur. Ex quo sequitur, summam inter maxillam, et aurem concessionem intercedere debere, atque in morbis aurium medendis ad cavitatem oris respiciendum esse.

*Inflammatio arthritica.*

5. Vis diatheseos arthriticae in aures jamdum animadversa fuit (87). Nullibi vero ea evidenter apparat, quam in meatu auditorio; arthritis enim hic eosdem effectus, quoad cerumen

(84) BORSIERI Institut. Vol. 3. §. 345.

(85) NICOLAI Pathologie. 3. B. p. 482.

(86) BOCK op. c.

(87) BIERLING Thesaur. obs. 84. *Breslauer Samml.* 1719. p.

27. 145. TRNKA A KRZOWITZ hist. cophoseos. 1778. p. 10.

SPRENGEL Handb. d. Semiotik Halle 1801. p. 331.

exerit, quos in bile, illi admodum affini (88), producere solet. Loquimur de ceruminis in calculos conversione (89), nec non de deleta illius secretione (90). A cerumine, etiamsi parva in copia prope tympanum (91) indurato, auditus plus minus tollitur. Diagnosis *surditatis ex cerumine indurato ex signis*, quae corpora peregrina in meatu auditorio delitescentia indicare solent, desumitur; illa indolis morbi ex conditione aegroti, et ex morbis praegressis. Ad eos

(88) FOURCROY *système des connoissances chimiq.* T. IX. p. 370.

(89) BARTHOLINUS act. med. Hafn. 1671. Vol. I. obs. 45. p. 82. GÄRMANN de miraculis mortis. L. III. Tit. 3. §. 50. MÜLLER Misc. nat. cur. Dec. II. an. VI. obs. 162. COLLOMB oeuvres medico-chirurg Par. 1798. p. 304. Uebers. v. HARKE. Braunschw. 1800. 2. B. HUFELAND's neueste Annal. d. Franz. Arzneyk. 3. B. p. 262. SCHREGER u. HARLESS Annal. d. neuesten engl. u. franzos. Chirurgie. 1. B. 1. St. p. 170. FABR. HILDANUS L. I. Cent. I. obs. 5. Cent. III obs. 1. CASSERIUS de vocis, auditusque organis historia anatomica. Ferrar. 1600. L. I. C. 20 § 91. DU VERNEY l. c. Part. 3. p. 62. TRNKA DE KROZOWITZ l. c. p. 40.

(90) In ictero a caussa arthritica cerumen saepe defecisse vidi.  
OSTHOFF in HORNS Archiv. f. med. Erfahr. 3. B. p. 287.

(91) SAUNDERS l. c. p. 27. RIBES *Recherches sur l' usure du tympan, et le désordre, qui survient à quelques parties de l' organe de l' ouie, par l' effet du cérumen épaisse dans le conduit auditif externe.*

## AUDITORII EXTERN I.

spectat *inflammatio arthritica* meatus auditorii externi, malum plerumque chronicum, quod a doloribus ossium (92) praeceditur, succedente pruritu intolerabili potissimum ad orificium meatus (93). Variae dein partes, uti in inflammatione rheumatica meatus auditorii, in consensum trahuntur. Quandoque morbus cum herpete alternatim comparet, aut ex illius fuga incauta oritur (94). Inflammatione arthritica meatus auditorii externi acute decurrente, methodus adversus malum rheumaticum commendata adhiberi debet. In chronica, et in cophosi inde pendente, veluti in ophthalmiis arthriticis (95), podagrae debitae evolutioni studendum (96), aut morbus consuetis anti-arthriticis remediis aggrediendus. *Ulceræ artificialia* pone

(92) **COLLOMB** l. e.

(93) Pruritus meatus auditorii, animadvertente jam **FORESTO** (L. XII. obs. 11. Schol.) et per se ex caussa arthritica obvenit, quo in casu plerumque nullum cerumen extitisse vidi. Novi feminam cerumine orbata, in qua pruritus meatus auditorii certissimum imminentis mutationis temperiei erat indicium.

(94) **BRAMBILLA** v. der *Phlegmone*. 2. B.

(95) §. XXIII.

(96) Otalgiae a podagrae evolutione sanatae legitur exemplum in Eph. nat. cur. Cent. V. et VI. obs. 8.

aures, in auricula (97), vel ad nucham (98) maxime hic prosunt. Doloribus consensualibus minime inflammatoriis *opio, aethere, balsamis* (99) retro aures, et ad tempora illinitis succurrimus. Nec virtus *tartari emetici* sub forma *unguenti* retro aures illiniti, vel sub ea *emplastri* ibi appliciti praetereunda est. Calculi ceruminis, nisi illico abigi possint, injectionum aquae tepidae (100), solutionis saponis (1), rerum mucilaginosarum ope emolliendi. Vapores ex aqua cum *aethere sulphurico* per infundibulum orificio meatus auditorii admotis, eos perbelle solvere edocti sumus.

*Inflammatio scrophulosa.*

6. Scrophulosi tum a scrophula directe, tum, superveniente caussa catarrhali (2), exanthe-

(97) RIEDLIN Curat. millen. N. 853.

(98) Act. med. Hafn. Vol. V. obs. 77.

(99) RIEDLIN Lin. med. an. V. p. 159.

(100) HAYGARTH in *med. Bemerk. u. Untersuch. einer Gesellschaft von Aerzten in London.* 4. B. N. 15.

(1) RIBES in *Journ. gén. de méd chir. et pharm.* 1814. Octob.

(2) Maxima pars inflammationum meatus auditorii externi, quae pro scrophulosis habentur, in prima origine catarrhales sunt, ac solum, quoniam in aegro scrophuloso locum obtinuerunt, indolem scrophulosam ineunt, quod probe retinendum, ne complicationem tanti momenti prætervideamus.

matica (3), traumatica (4), metastatica (5), aut alia (6), inflammationi meatus auditorii exter-

(3) Exanthemata primaria, quae, etiamsi meatum auditorium detineant, in bominibus caeterum bene valentibus sine reliquiis evanescunt, in scrophulosis inflammationem specificam (vitiorum auditus uberrimum fontem) cum variis suis exitibus derelinquent. Legatur de hoc memorabili argumento quoad *variolas* Eph. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs. I. GRAPENGISSER in HUFELAND's *Journ.* 17 B. 1. St. p. 165; quoad *morbillos* idem ibidem p. 166, et RANOE in Act. Reg. Soc. Hafu. Vol. 4. p. 55, et quoad *scarlatinam*, HUFELAND v. d. *scrophulkrankh.* p. 209.

(4) Levissima caussa traumatica, e. c. scalptus auris rudis in scrophulosis inflammationem excitat primo in limine certe localem, mox vero characterem vitii universalis induentem, cuius rei iterum in cura memores esse juvabit.

(5) Cfr. N. 5.

(6) Applicationem vesicatoriorum retro aures in morbis oculorum nocivam esse, jam monui. Quam pulchre DES MONCEAUX ait: « *n'est-il pas à craindre, que cette dérivation, en irritant les glandes du conduit auditif, ne finisse par irriter, ou obstruer la membrane du tympane ?* » op. c. Et cl. SAISY (l. c. p. 53.) applicationem vesicato- riorum, et causticorum ad apophysin mastoideam reprobat asserens: « *D'après les faits, recueillis de ma pratique, et ceux que mes confrères m'ont fournis, il est prouvé pour moi, que les vésicatoires, les cautères sur-tout, appliqués sur la région de l'apophyse mastoïde, attirent des congestions dans les cellules mastoidiennes, au lieu de les en débarasser : ainsi ces exutoires peuvent devenir cause de surdité.* »

ni subjiciuntur, quae vix quidem dolore, at effluxu e parte affecta seroso, mucoso, ichoroso, purulento, plus minus foetente (7), saepe admodum copioso (8) stipatur. Malum istud, quo usque sine exulceratione membranae meatum auditorium ambientis perstat, nomine *blennorrhoeae aurium*, alias illo *otorrhoeae* salutandum. Graphice haec mala a PRIMEROSIO (9), et SCHULZIO (10) descripta sunt. Ad *blennorrhoeam aurium* concludimus, si morbus fuerit recens, si profluvium abundans, sique signa exulcerationis desiderentur. Sunt autem signa *otorrhoeae*: dolor constans in quadam meatus auditorii parte, isque sub exploratione ope specilli adactus, ichor guttatum stillans potissimum in provecto malo. *Otorrhoea* nobis *simplex* est, et *complicata*, haec cariem partis osseae meatus comitem habet, altera non.

(7) Ipsae matres intolerabilem istum foetorem in prolibus abhorrent. Aestivo tempore ad distantiam nonnullorum pedum eum percepi. De foetore aurium per se exstante, et periodico, seu menstruali, lege Eph. nat. cur. Dec. 2. an. 7. p. 157, et PAULLINI Gent. IV. obs. 56.

(8) MARCELLUS DONATUS L. II. C. 12. p. 229. HEBERDEN Commentarii in morborum historia, et curatione. C. 12. (ad libram per diem).

(9) De morbis puerorum. P. II. p. 48.

(10) Diss. de auribus manantibus, et ulceratis. Hal. 1743.

Dignoscitur praesentia cariei ab odore specifico ichoris; ab exploratione ope specilli asperitatem meatus denotantis (illam scilicet, quae ossi denudato propria est), a colore nigro, quo specillum argenteum obducitur, et tandem a secessu festucarum ossium. Cariei meatus auditorii facile *parotis* superaccedit consensualis quandoque ad enorme volumen increscens: quo in casu, adventante adhuc *erysipelate faciei* cum febre lenta, de vita actum est. Sed et *otorrhoea simplex*, aut *blennorrhoea aurium* non spernenda. Enimvero si praepostere fugetur, gravia mala, ut encephalitidem (11), et surditatem post se trahit: ac si naturae committitur, cophosis periculum, illudque cariei minatur. Nec otorrhoea, quam simplicem vocavimus, utpote cariei expers, aut *blennorrhoea aurium* semper adeo simplex est, ut hinc inde angustationem meatus, verrucas, aliasque excrecentias auditum magis magisque, inprimis clauso simul ore, laedentes comites non habeat (12). Quae singula, quanti intersit meatum auditorium probe explorare, docent. Qualiscumque autem fuerit indolis effluxus aurium, primum

(11) P. II. sect. I. C. III. §. XV. N 2. *Suppressio otorrhoeae inter caussas encephalitidis recensenda fuisset.*

(12) Egregie de hoc argumento disseruit SAUNDERS I c. p 26.

est meatum ab aditu insectorum tueri, ad quem scopum consequendum non gossypium orificio illius immittendum (quod scilicet secessui materiei obstaret, et, aucto in parte calore, corruptelae liquidi secreti faveret), sed orificium velamento finissimo transparente, vulgo *gaze*, obtegendum. Praeterea, ut puritati studeatur, aqua pura tepida semel de die ope syringae ANELII injicienda. In *blennorrhoea meatus auditorii*, nisi a diurnitate morbi coacti, a enra topica, quoadusque fieri licet, abstinendum (\*). Solum corticem *daphne mezerei* sub processu mastoideo positum excipimus. Efficacia adhuc majori *setaceum* ad nucham pollet (13), cuius ceterum vices et in aures quodammodo agunt. E contrario interne pharmaca antiscrophulosa exhibemus. Inter quae parvae, et diu continuatae doses *aethiopis antimonialis* reliquis palmam praeripiunt (14). *Muriatis hy-*

(\*) Medici de cura morborum aurium exclusive occupati cum medicis oculariis in eo convenient, quod, dum vitium sive auris sive oculi debellaverint, se optime fecisse existiment morbos secuturos non curando. Facile hinc CURTIS jactantia intelligitur (1 c p. 43.), ubi scilicet illustri HEBERDEN irridet, quatenus vir summus effluvium aurium vix cohendendum esse docet (in commentariis suis).

(13) PURMANN chirurgia curiosa.

(14) Vires aethiopis mineralis in morbis aurium scrophulosis

*drargyri laudes canat SAUNDERS* (15), illas *cinchonae HUFFELAND* (16), dummodo alvus inde non obstrnatur; non desunt enim exempla effluxus aurium serosi per diarrhoeam sanati (17). In *blennorrhoea rebelli*, cuius diuturnitas nova pericula portendit, ad *injectiones* deveniendum. Commendantur solutio *muriatis hydrargyri superoxygenati* (18), *sulphatis zinci*, *nitratis argenti* (\*), et *acetatis plumbi* \*\*); securius vero solutio *lapidis divini* semel, bisve de die injicitur; licet illi sensim sensimque quid *liquoris acetatis plumbi* superaddere. In otorrhoea, praeter solutionem istam, pennicillum *laudano liquido SYDENHAMI* madefactum loco, quem exulceratum credimus, admoveri potest. Exulcerationi obviae *unguentum hydrargyri nitratum*

extollit SCHULZE l. c. §. 17, et act. phys. med. N. C. Vol. I. p. 496.

(15) Op. c. p. 25.

(16) Op. c. p. 208.

(17) PEZOLD obs. med. chir. N. 42.

(18) SAUNDERS l. c. R. Aquae destillatae libram unam: mercurii sublimati corrosivi granum unum: tinctuae opii drachmam unam. M. D. S. pro usu externo.

(\*) CURTIS on the treatment of puriforme discharge from the ear. in the Lond. med. and physic. Journ. May 1819. p. 397. (grana decem nitratis argenti ad uncias quatuor aquae, quae dosis mibi nimia videtur).

(\*\*) CURTIS op. c. vers german. p. 48.

applicat SAUNDERS (19); nos *unguentum* sic dicimus *ophthalmicum* rubrum primum *mite*, dein *forte* (20). Praesente *angustatione* meatus auditorii, frustulo spongiae illi immisso dilatatio tentatur, quam methodum et adversus simpli- cem suppurationem scrophulosam meatus com- mendat HENNING (21). Possent et cereoli, seu candelae caute exhiberi. *Excrescentiae* forfici- bus abiguntur basim, cum caustico tangendo: ast cante, ne portio illius ad tympanum perveniat. Cariei curam chirurgi tradunt.

*Inflammatio venerea.*

7. Si inflammationem meatus auditorii meta- staticam ex blennorrhoea urethrali (22), illamque, cui caussae traumaticae, rheumaticae, et aliae in hominibus syphilide imbutis ansam por- rigunt, excipias, inflammationem, de qua agitur, raro primitivam venereum invenies, nisi in re- cens natis (23). Generatim ad affectionem ve-

(19) L. c. p. 25.

(20) §. VI.

(21) *A critical inquiry into the pathology of scrophula.* Lond.  
1816

(22) N. 5.

(23) Quoties de infante recens nato venereo agitur, non satis explorationem auriculae, et meatus auditorii com- mendare possum; sedem enim constituant communem exco- rationum. In genere pulchre L. G. VOGEL ait: « Sie kann

neream meatus auditorii concludimus, habita ratione infectionis praegressae, dolorum, vel surditatis vespertinis horis auctae, et praesentiae exerescentiarum, verrucarum, exostosum, toporum, squamarum concham obsidentium. Quibus malis facilius, quam aliis vitiis anditus syphiliticis infra recensendis per enram radicalem lais occurrere licet. Pro tempore doloribus *unguentum hydrargyri griseum* cum opio retro aures innungendo prospicimus. Ex crescentiae, et verrucae syphiliticae, nisi a methodo antivenerea universalis evanescant, auxiliis jam indicatis (24) fugantur.

*Haemorrhagiae e meatu auditorio.*

8. Copia, et magnitudo vasorum sanguiferorum, quae meatus auditorius a carotide faciali, et arteria temporali accipit (25): foramina, et canales angusti, per quae haec vasa simul cum venis, et nervis transeunt (26), et decurrent (27), hinc impedimenta, quae ex obstaculis

(die Otitis) in wenigen Tagen todten, zumal Kinder, deren gewiss nicht wenige, oft unbemerkt, an Ohrenkrankheiten sterben (Handb. 4. Th. 4. Kap. §. 5. p. 98).

(24) N. 6.

(25) Arteria auricularis posterior, inferior, anterior.

(26) Foramen stylomastoideum.

(27) Aqueductus Fallopii.

etiam si minimis in circulo sanguinis expectari debent, de turbis harum partium abunde rationem reddunt. Ac re quidem vera aures vehementer in morbis cordis, aortae, carotidum, maxime autem in vitio systematis venosi haemorrhoidalii afficiuntur, de quo argumento infra (\*). Hic enim meminisse sufficiat, meatum auditorium externum, praecipue sinistrum (28) aliarum partium instar suas agnoscere *haemorrhagias*, pro re nata excitatas (ne anticipemus morbos auris internae) a violentiis capitis illatis, a galvanismo (29), a febre flava (30), a tussi convulsiva (31), et a menstruis aberrantibus (32). Relinqui inde posse gruum sanguinis meatum auditorium obturantem, et caussam surditatis sistentem, jam monuimus

(\*) §. XLVII. 2.

(28) QUELMATZ Pr. de haemorrhagia auris sinistr. Lips. 1750.

(29) OSTHOFF in HORN's Archiv. f. Erfahr. 3: B. p. 1277  
289.

(30) JACKSON Geschichte u. Heilart des endemischen und ansteckenden Fiebess. p. 210.

(31) Aliquoties mihi obvenit.

(32) Rarae hujus menischesis, mihi binis vicibus in puellis aliunde fluxui aurium subditis observatae, exempla inventiuntur apud SCHENK L. IV. obs. 257. SPINDLER obs N. 63 HARDER Apiar. obs. 83. et GLASER de mensium suppressione eorumque per aures excretione. Basil. 1693.

(33). Haemorrhagia meatus auditorii externi traumatica haud raro, nullo relicto detrimen-  
to, evanescit.

## CAPUT VIII.

### DE MORBIS MEMBRANAEE, ET CAVITATIS TYMPANI, NEC NON TUBAE EUSTACHIANAE.

#### §. XLIII.

##### DE MORBIS MEMBRANAEE TYMPANI (\*).

###### *Vitia conformatiois.*

I. Tympanum extare potest praeter modum magnum (34), parvum (35), oblongum (36), triangulare (37): quid de tympano dupli sen-

(33) Cap. VII. §. XLII. N. 1.

(\*) WEPFER diss. de vitiis tympani. Traj. ad Rh. 1715. GNDISCH praes. ERN. PLATNER diss. de morbis tympani. Lips. 1780.

(34) KOHLER *Beschr. d. Loderschen Sammlung.* p. 547. N. 580.

(35) KOHLER l. c. p. 148. N. 502.

(36) Ibidem p. 147. N. 581.

(37) Ibid. p. 158. N. 582.

tiendum sit, iam dictum est (38). Spectat praeterea huc opinio LESCHEVIN (39), et LE BOUVYER-DESMORTIERS (40), tympanum in recens natis ad superficiem suam externam a *membrana quadam spongiosa* temporis tractu per suppurationem *decidua*, alias surditatis caussa, obduci. Opinionem hujusmodi PORTAL (41) refutavit. Nihilominus illi quodammodo adhuc adhaeret SAISSY (42). Hoc saltem certum est, posse materiam sebaceam, quae foetum undique obducit, in meatu auditorio exsiccari, surditatem producere (43), ac, restituto auditu, evacuari (44). Elucet inde, quanta in recens natis *aureum* habenda sit ratio, quantaque necessitas in iis, qui surdi nati existiniantur, tympanum explorandi (45).

#### *Inflammatio lympani.*

2. Utrum tympanum *per se* inflammari possit, nec ne, dubitamus. Forte talis morbus,

(38) §. XLII. 2.

(39) *Prix de l'académie de chirurg. T. IV.*

(40) *Considerations sur les sourds-muets de naissance.*

(41) *Precis de chirurgie pratique. P. II. p. 477.*

(42) L. e. p. 45.

(43) VALSALVA de aure humana. C. I. §. 13. MORGAGNI l. e.

(44) DBACKE anthropologia. L. IV. p. 12. *Mémoires de l'Ac. des sc. de Paris, année 1703.*

(45) SAISSY l. e. p. 44.

(reipsa *tympanitidis* nomine dignus) a violentiis externis *tympano infensus* (46) expectandus foret. Certissimum autem est, *tympanum cum reliqua aure inflammari*; sic enim docent *reliquiae inflammationis* in illo observatae, ac cereberrimae surditatis caussae.

*Reliquiae inflammationis tympani.*

3. Spectant autem ad *reliquias hujusmet inflammationis tympani*: *excrescentiae, crassitudo, tensio, laxitas, prolapsus, erosio, et ruptura.*

*Tympani excrescentiae.*

4. *Excrescentiae tympani* (probe ab illis meatus auditorii (47) distinguendae) observatae fuere ad utramque illius superficiem (48), et ad externam (49). Diagnosis autopsia instituenda. Cura illi polypi meatus (50) similis. Cave a supervacuis conaminibus.

(46) §. XLII. 1.

(47) C. VII. §. XLII. 2.

(48) Ait SCHULZE (Act med phys. acad. nat cur. Vol. I. p. 498.): « Vidi membranam tympani *utraque sui superficiei* obsessam quasi verrucis capitula acicularum minimarum aequantibus ».

(49) SAISY (1 c. p. 46.) inquit: « ce corps avoit la forme d'une petite fraise . . . . il tenoit à la membrane du tympan par un pédicule fort grêle ».

(50) §. XLII. 2.

*Tympani crassitudo.*

5. *Crassitudinis tympani* plura exstant exempla (51), ast non semper praeviae inflammationi adscribenda; potest enim crassitudo tympani etiam a tumore glandularum huic membranae propriarum oriri (52), uti in asciticis (53), in ebriosis (54), maxime in scrophulosis, et syphiliticis contingere solet. Tympani durities aliquando *ossea* (55). Pro signis generalibus *crassitudinis tympani* habentur (56), 1.<sup>o</sup> plus minusve surditatis; 2.<sup>o</sup> sensibilitas tympani sub exploratione specilli ope pauca, vel nulla, et 3.<sup>o</sup> elasticitatis illius defectus. Latente vitio aut syphilitico (57), aut herpetico (58), auris externa saepe squamas facile deciduas exhibet. Sanatio in minori tantum mali gradu expectanda. Indicantur *fonticulum* ad brachium lateris af-

(51) Eph. nat. cur. Cent III obs. 17 MORGAGNI Epist. XIV. §. 12. Act. nat. cur. Vol. I. obs. 223. KÖHLER I. c. p. 147. N. 575.

(52) SAISSY I. c. p. 63.

(53) BARTHOLINUS, asserente SAISSY I. c.

(54) HOFFMANN, asserente SAISSY I. c.

(55) GASSEBOHM Tract sex de aure humana. T. I. §. 80. KÖHLER I. c. p. 148 N. 583. SCHAARSCHMIDT, LOESEKE I. c.

(56) SAISSY I. c. p. 53.

(57) SAUVAGES, v. SAISSY I. c.

(58) SAISSY I. c.

fecti, *injectiones ope aquae tepidae in aurem*, additis pro morbi natura scrophulosa, aut syphilitica gnttis nonnullis vel ammoniae vel solutionis mercurii sublimati etc. *Perforatio tympani* tum hic, tum in casu supra allato (59), excepto illo ossificationis, indicaretur (\*).

### *Tympani tensio.*

6. *Tensionis nimiae tympani*, ut effectus praegressarum cephalalgiarum, febrinum cum delirio, et cynanche fancium DUVERNAY, LESCHEVIN, et SAISY mentionem injicunt (60), qui ultimus asserit, aegros tali vitio laborantes sub atmosphaera humida, et vento meridionali, et dum voce humili prope aurem loquatur, melius quam in casibus oppositis audire. *Vapores meatui auditorio externo excipiendi, instillatione lactis tepidi, et oleum recens amygdalarum dulcium ope gossypii susceptum, et tympano admotum commendantur.*

### *Tympani laxitas.*

7. *Laxitatem tympani pro surditatis caussa*

(59) N. 1.

(\*) KERN l. c. HINLY Bibl. 1. B. St. p. 333. (\*). « *kunstliches Schalloch, wie in der Iris bey artificieller Pupille ein kunstliches Sehloch* ».

(60) L. c.

STALPARTUS VAN DER WIEL (61), WILDBERG (62), aliquique agnoscunt. Afferunt, aegros in atmosphaera sicca, flante vento a septentrione, ac vigente rumore (63), melius audire. Interea diagnosis, maxime habita ratione morborum praegressorum, instituenda est. Ansam vero porrigunt laxitati tympani: inflammatio catarhalis meatns auditorii externi, et cavitatis tympani, blennorrhoca auris neglecta, abusus remediorum emollientium auri immissorum, narcoticorum (64), debilitas universalis, qualis in convalescentia, in chlorosi (65) etc. obvenire solet, nec non ruptura, erosio, paralysis musculorum interni mallei, et tensoris tympani (66). Producent antem hujusmodi musculorum (ant eorum tendinum) *rupturam*: concussions violentiae tympani, e. c. sub nisu sternutationis,

(61) Observat. rarior. Cent. I. obs. 15.

(62) L. c. §. 239.

(63) WILLIS rapporte deux exemples; le premier est une femme, qui ne pouvoit entendre, que lorsqu'on battoit le tambour à ses oreilles, le second exempl. tout à fait semblable à l'autre est une homme, qui n'entendait la voix de ceux, qui lui parlaient, que quand on sonnoit les cloches d'une tour, dont il était voisin ». SAISY L. c. p. 48.

(64) VERDUG *Traité de physiologie.* T. II. p. 203.

(65) SAUVAGES *Nosologie.* T. II. p. 217.

(66) VALSALVA, LESCHEVIN L. c.

emunctionis, tussis, naribus, et ore clausis, erosionem: inflammationes meatus auditorii externi, et cavitatis tympani praegressae; et paralysim: affectio nervorum, et inprimis nervi temporalis superficialis, seu auricularis externi, utpote musculis tympani providentis (67) Ruptura tendinum, aut muscularum auditus dolorem drepente ortum socium agnoscit. Cura laxitatis tympani pro varia caussa plus minus possibilis, et varia est. Generatim commendatae fuere subfumigium herbae cardui benedicti, baccarum juniperi, lauri carbonibus ardentibus inspersarum: vapores decocti radicis ireos florentinae, herbae origani majoranae, dracocephali moldavici, seminum anethi graveolentis, foeniculi meatui auditorio externo immissi (68): porro injectiones in eum ope decocti cinchonae (69): item instillatio caryophyllorum aromaticorum in vino rubro decoctorum, clausa deinde aure caryophylli integri ope (70): inspiratio per nares, aut per os vaporis spirituosi, aut aromatici, masticatoria, et gargarismata

(67) BOCK Beschr. d. funsten Nervenpaares u. seiner Verbindungen.

(68) DUVERNAY l. c.

(69) SAISSY l. c. p. 49. (cum monitu non diu in iis continuandi).

(70) BARBETTE, v. SAISSY l. c.

(71), maxime vero injectiones in tubam Eustachianam aquarum mineralium (72). Nec *frictiones aethereae* circa tempora negligenda, si de paralysi suspicio sit.

*Tympani prolapsus.*

8. *Tympanum* vel in meatum auditorium externum, vel in cavitatem tympani *prosilire* potest (73). Tympano in meatum auditorium externum prosiliente, diagnosis autopsia instituitur. Caussae hujus prolapsus sunt tussis, et sternutatio vehementes, nec non collectio muci, puris, aut aëris rarefacti in cavitate tympani. Cura in eo consistit, ut tympanum nixus caussa antrorum protractum ope specilli obtusi leniter reprimatur, obturando dein meatum gossypio, vel linteis carptis. Vitia cavitatis tympani per injectiones in tubam Eustachianam debellanda (74). *Prolapsus tympani in cavitatem contiguam* sese manifestaverat (75) auditu difficili, impotentia sermonem simultaneum plu-

(71) LESCHEVIN I. c.

(72) SAISSEY I. c. p. 50. ( aquae Soteriae Balaruc, Barège ).

Cfr. C. VIII. §. XLIV. N. 5.

(73) SAISSEY I. c. p. 50. « *Enfoncement, ou saillie en forme de cul de lampe, que la membrane du tympan fait, soit dans le conduit auditif externe, soit dans la caisse du tambour* ».

(74) SAISSEY I. c. p. 51. Cfr. §. XLIV. N. 5.

(75) Lib. XII. obs. 7.

rimorum hominum intelligendi, sensu ac si corpus extraneum in cavitatem tympani protruderetur, nec non pulsationis ista in parte. Explorata aure, tympanum depresso reperiebatur. Injectiones in tubam Eustachianam morbum profligarunt, revocato per imprudentem injectionem in meatum auditorium externum. Rarfactionem aëris ad orificium hujus meatus eo in casu, ubi tympanum in cavitatem annexam protrusum est (76), proponimus.

*Tympani erosio, et ruptura.*

9. Tympanum erodi posse observationes FORESTI, et MORGAGNII (77) docent. Caussa erosionis in praevia inflammatione, in cerumine indurato (78), maxime vero in neglecta blenorhoea meatus auditorii externi quaerenda est; quamobrem plerumque erosionis tympani sociae sunt exulcerationes, et caries dicti meatus (79). Indicant erosionem tympani, 1.<sup>o</sup> exitus aëris cum sibilo e meatu auditorio externo ita, ut crines, aut flammæ prope aurem agitentur: 2.<sup>o</sup> impotentia tympanum inflandi, quæ

(76) Cfr. C. IX. §. XLV. N. 4.

(77) Epist. XIV. §. 5.

(78) RIBES l. c.

(79) SAUNDERS l. c. p. 34.

inflatio alias, clausis ore, et naribus, aërem per tubas Eustachianas pellendo perficitur: 3.º fumi nicotianae in ore evoluti, ac eodem artificio per tubas Eustachianas impulsi ex aure apparitio: 4.º transitus liquidi per meatus auditorium externum injecti ad cavitatem faucium, et 5.º viceversa exitus injectionis per tubam Eustachianam factae ex aure externa. Interea indicata signa tunc solum valent, dum tuba Eustachiana permeabilis est; ea enim obliterata, nulla communicatio inter fauces, et meatus auditorium externum extare potest. Quamobrem tympani conditio optime autopsia, nec non exploratione ope specilli eruitur; quod scilicet specillum, eroso valle tympano, profunde in cavitatem tympani penetrat, cuius parietes longe aliter quam tympanum apici specilli exploratorii sese exhibent. Signa *tympani rupti* cum illis erosionis conveniunt. Rumpitur autem tympanum a sono forti (80), ab auriscalpio, in primis oscillationis tempore adhibito (81), ab aeu (82), alapa (83), lapsu (84), strangulatione

(80) §. XLVI. N. 6.

(81) SENNERTUS Prax. med. L. I. Part. III. sect. 3. C. 7.

(82) De aeu tympanum perforante ad ejus cavitatem, et dein per tubam Eustachianam ad fauces perduela, vomituque rejecta, lege ALBERS in LODER'S Journ. f. d. Chirurg. 1. E. p. 151. et LODER'S Annerk. p. 152.

(85), ab ictu super caput (86), et ab aliis hensionibus externis (87). Quaeritur, num *erosio aut ruptura tympani surditatem, ut necessarium effectum post se trahat, nec ne.* Negat id MORGAGNI (88) ad exempla (89) lacerati tympani persistente auditu provocando. Iuno fuerunt (90), qui *foramen aliquod tympani,* RIVINI dicū, pro normali haberent, quae opi-

(83) PAULLINI obs. med. phys. Cent. III. obs. 45. in Misc. nat. cur. Dec. II. an. 5. append. p. 59.

(84) MORGAGNI Epist. LII. §. 25.

(85) Idem, ibidem. §. 30.

(86) Commercium literarium Norimbergense. 1735.

(87) TH. BARTHOLINUS L. I. Cent IV. hist. 29. T. II. p. 291. TULPIUS obs. med. L. I. C. 36. L. III. C. 8. PLATER obs. med. p. 124. FABR HILDANUS L. I. Cent III. obs. 5. J. M. HOFFMANN disquisitio corpor. anat. patholog. spec. §. 17. p. 309. HORN opusc. anat. chir c. annot. I. S. PAULL. Lips. 1707. VALSALVA I. c. LOESEKE obs. anat. chir. med. p. 25. Ephem. nat cur. Cent. IV. obs 21. Cent. VII. obs. 40.

(88) Epist. XIV. §. 10. credens *fenestram rotundam defectui tympani quodammodo supplere.* §. 13. Cfr ROMER delect. opusc. Ital. p. 56.

(89) VALSALVA I. c. VIEUSSENS I. c. C. 4. WILLIS de anima brutorum p. 133. ALBERS I. c. SAUNDERS I. c. p. 37. COOPER in *Philos. trans. for the year 1800.* p. 151. RIBES I. c. et HINLY *Bibl. I. B. 2. St.* p. 435.

(90) RIVINUS, COWPER, LEPROTI et TEIRHMEYER diss. vindic. quorundam inventorum suorum anatomicorum. Jen. 1725.

nio tamen jam dudum devicta cecidit (91). In ea cum aliis versamur opinione, erosionem, aut rupturam tympani eousque auditui parum, aut nil detrimenti afferre, quousque malleus immunis remaneat; alias enim luxationem ossiculorum auditus cum malleo arte cohaerentium, praecipue stapedis (\*) expectandam esse, ex quo necessario surditas. Patet hinc, consilium *tympani artificialis* (92) plane vanum esse, artemque nil efficere posse, quam caussae erosionis tympani, quatenus ea in blennorrhœa meatus auditorii externi locata est, occurrere.

## §. XLIV.

### MORBI CAVITATIS TYMPANI.

#### *Generatim.*

I. *Morbos cavitatis tympani* perscrutando, *inflammatio periostei* eavitatem istiusmodi ob-

(91) WALTHER diss. de membrana tympani. Lips. 1725. p. 14. v. HALLERI collect. diss. anat. Vol. V. p. 334. 351.

WILDEBERG l. c. p. 51. GIEBELHAUSEN l. c. §. 9. p. 10.

(\*) *Stapedem esse ossiculum auditus maximi momenti ad soni propagationem omni jure docet CURTIS l. c. p. 15.*

(92) AUTENRIETH (l. c.) suadet tubam brevem plumbeam ad orificium alterutrum membranula ex vesica natatoria piscis desunta et vernice illinita obducere, aurisque meatui introducere!

ducentis, multisque vasis sanguineis instructi  
 (93) sese exhibet: acedunt reliquiae illius, nec  
 non *vitia ossicularum auditus*, surditatis com-  
 munissimae eaussae.

*Inflammatio cavitatis tympani.*

2. *Inflammatio cavitatis tympani* vel hic evoluta, vel ex propagatione inflammationis meatus auditorii externi, tubae Eustachianae, vel auris interuae originem trahit. Otitis illa saepe *dolose* (94), et *chronice*, praecipue dum ex eoryza in arthriticis, et haemorrhoidariis oritur, inedit. Alias morbo aperte febrili ausam porrigerent solent refrigerium, sanatio ulcerum antiquorum (95), affectiones hepatis, aut lienis (96). Febris notas rheumaticas exhibens eum magno dolore (\*) acuto auris interioris ad fauees usque propagato,

(93) LODER Tab. 54. fig. 13 BICHAT periosteum cavitatis tympani ad *membranas mucosas* revocat.

(94) TRAMPEL l. c. §. 19. (*anatomie descriptive. T. II.*).

(95) JASSER apud ARNEMANN op. c. p. 45.

(96) Attentionem medieorum magis ad aurium, nisi inflammationem, saltem dolorem trahere velle, quae cum vitiis hepatis, aut lienis cohaerent. Illa in aure dextra, haec vero in sinistra cum omnibus signis affectionis cavitatis tympani obveniunt.

(\*) Dolorem in inflammatione cavitatis tympani *parvum* esse contendit ALARD (l. c.), ast omni jure SAISSEY l. c. p. 67 assertionem istam refutat.

et tinnitus obvenit. Aure extus examinata, nil morbosí comparet: quoties vero processum mastoideum comprimis, toties aeger de dolornm augmento conqueritur. Morbus non sine gravibus cruciatibus ad septimum plerumque diem sacvit, quin lympha coagulabilis ex meatu auditorio compareat. Solvitur plerumque sudore, urina sedimento instrueta, aut alvi profluvio. Sunt qui simul descensum lymphae ex aure ad fauces accusent, quae felix resolutio, nisi methodo antiphlogistica viriliter in tota sua extensione adhibita, non neglecto versus finem usu *hydrargyri* tum sub forma unguenti retro aures illiniendi, tum sub illa calomel intus adhibendi obtineatur; *obliteratio cavitatis tympani, vitia ossiculorum auditus, foraminis tum ovalis, tum rotundi, hydrops acutus, suppuratio, et caries expectanda sunt.*

*Cavitas tympani oblitteratio, vitia ossiculorum auditus nec non foraminis tum ovalis, tum rotundi.*

3. *Cavitas tympani* in foetu semper muco repleta (97), et tardius oblitterari potest a lym-

(97) *Quelques considérations sur la membrane pupillaire éte. et sur les matières muqueuses, qui remplissent la cavité du tympan dans le foetus humain, d'après lesquelles on peut croire, que les enfans, du moins un très grand nombre, ne voient, ni entendent, que plus,*

pha coagulabili , a muco (98) a cellulis mastoideis stillante , a gelatina (99) , et a pseudo-membranis illam decussatim replentibus (100) , aut communicationem cum cellulis mastoideis auferentibus (1). Quibus malis perstantibus , alter fieri nequit , praeterquamquod et *ossicula auditus cum partibus annexis* ( quibus nec via prima conformatio nis praesertim in surdis , et mutis parcent ) detrimentum capiant ; detecta enim fuere ossieula auditus normalium minora ( 2 ) , majora ( 3 ) , partim ( quin auditus inde constanter laesus fuerit ) (4) defici entia (5) ,

*ou moins de temps après leur naissance , par Mr. PORTAL.*

v. *Journ. gén. de med. françoise et étrangere. T. 66. Janv. 1819; p. 84.*

(98) SAUNDERS l. c. p. 42. LESCHEVIN ( ex vitio venereo ) l. c. SAISSY l. c p. 89.

(99) OTTO *Handb. d. pathol. Anat.* p. 184 ( in syphiliticis ).

(100) MORGAGNI op. c. Epist. XIV. §. 15., et Epist. anatom. VI. §. 4.

(1) Membranam dari cellulas processus mastoidei a cavitate tympani superantem , contendebat MORGAGNI Epist. anat. V. Art. 25, 26, p: 35. ); ast hanc membranam pro mortosa declarat ARNEMANN op. c. p. 30.

(2) BONET *sepuler. anat. L. I. Sect. 19. obs. 4. §. 3.*

(3) COTUNNI l. c. p. 72.

(4) PORTAL *cours d'anat. Vol. IV.* p. 454. ( ossicula omnia excepto stapede , perstante auditu , deperdita erant ).

(5) Sic malleus , et incus deficiebant apud CALDANI epist. ad HALLERUM script. Vol. VI. p. 142. 145. apud TORACCA in

numero excedentia (6), cariosa (7), e loco remota (8), et nexus morboso juncta, e. c. stapedem cum margine fenestrae rotundae tam arcte concretum, ut motu orbaretur (9), atque membranulam, quae stapedem cum fenestra rotunda jungit, ossificatam (10). Praeterea fenestra rotunda loco membranae suae a concremento osseo occlusa erat (11). Nec *musculi ossiculorum* motui dicati semper immunes (12). Ex quibus singulis colligitur, quanta sit copia, et diversitas caussarum surditatis, aliorumque auditus vitio-

*giorn. di med.* T. VI. p. 221, apud SCARPA de struct. fen. rotund. p. 84. Deficiebat sola incus apud BONETUM sepulcr. anat. l. c. obs. 4, apud MARIN MERSENNUM in Epist. ad BEVERWICK de calculo, p. 80. Deficiebant ossicula orbicularia apud MARCHETTI anat. p. 222, quae tamen ossicula ut epyphyses consideranda esse docent FABRICIUS (method. cadavera hum. rite secandi. p. 141.) et BLUMENBACH (*Gesch. u. Beschr. d. Knochen.* p. 144.).

(6) TEYCHMEYER vindic. quorumdam inventorum anatomicorum.

Jen. 1727. CASSEBOHM l. c. tract. IV. p. 55.

(7) VALSALVA l. c. C. V. §. V. MORGAGNI Epist. XIV. 10.

(8) E. c per violentias externas et inprimis per hydrocephalum, utpote ossa temporalia, et maxime incudem a stapede sejungentem, vel stapedem a fenestra ovali avellentem.

BLUMENBACH l. c. p. 19. not. (\*). p. 140. not. (\*\*).

(9) VALSALVA l. c. §. 10.

(10) MORGAGNI op. c. Epist. XIV. §. 11.

(11) GOTUNNI l. c. §. 72.

(12) MORGAGNI l. c. §. 15. Epist. anat.

rum ex sola cavitatis tympani laesa fabrica pululantium! quamque ardua diagnosis, nisi ex anamnesticis pullulet! Auxilium praeter perforationem membranae tympani (13) desideratur.

*Hydrops acutus cavitatis tympani.*

4. *Hydrops acuti cavitatis tympani* nunc serosi (14), nunc purulenti (15) (ne dicamus de extravasato cruento a violentiis externis (16)), non desunt exempla, et quidem partim stupenda (17). Diagnosin hic pro certo statuere non doccebimus, enim vero solum inflammatio cavitatis tympani praegressa, auditus difficilis cum continuo susurru, absentia symptomatum latentem suppurationem indicantum, et signa obliteratioonis tubae Eustachianae (18) suspicionem hy-

(13) KERN (l. c.) immobilitatem ossiculorum auditus, aut eorum defectum circumstantiis, in quibus quid boni a perforatione tympani expectare licet, adscribit.

(14) HELIWIG obs. med. 25. Misc. nat. cur. Dec. III. au. 3. p. 13. an 7 et 8. p. 341. BONET in sepuler. anat. L. I. sect. 29. obs. 2.

(15) MORGAGNI op. c. Epist. VI. §. 4.

(16) MORGAGNI op. c. Epist. LII. §. 30. SAISY l. c. p. 83.

(17) E. c. ultra libram (*Breslauer Samml. v. Natur und Med.* 18. B. p. 466.). FELIBIEN in *mém. de l'Ac. des sc. de Paris.* 1703. VALSALVA v. MORGAGNI l. c. §. 5. Et Epist. anat. Ep. VII. §. 6.

(18) Tuba Eustachianæ ostio altero, faucium scilicet, obturato, haud arduum est sibi de enormi quantitate seri in cavitate tympani, et tubae rationem reddere.

dropis aenti movere possent. Qua data suspicione, nisi tentamen actionem vasorum lymphaticorum (19) per irritamenta mechanica retro aures illimita, per electricitatem (20), per mercurium, et diuretica excitandi succederet, et nisi natura ipsa evacuatione seri per meatum auditorium externum per nares, aut per os succurreret (\*), ad paraceutesin cavitatis tympani, perforationem aliunde insontem, et infra describendam recurrendum foret (\*\*).

*Suppuratio, et caries.*

5. *Suppuratio, et carie cavitatis tympani, et cellularum mastoidearum crudelior vix datur morbus; aeger enim diu, nocturne a febre, dolore lancinante, non solum auris, sed totius capitis, praesertim in latere affecto, nec non colli exacerbiatur. Vidimus, qui simul in vomitum, et convulsiones (21) inciderent. Regio processus ma-*

(19) MASCAGNI copiosa cavitatis tympani vasa lymphatica pulchre delineavit. v. Vasor. lymph. hist. P. II. T. 27. fig. 3.

(20) BLIZARD v. ARNEMANN *Bibl. f. Chir. u. pr. Med.* 1. B. 2. St. p. 241.

(\*) SAISSEY I. c. p. 82.

(\*\*) SAUNDERS I. c. p. 31. ZANG (*Operationslehre.* 2. Th.).

(21) Convulsionibus vermes in cavitate tympani latitantes ansam dedisse ex VALSALVAE observationibus constat V. MORGAGNI op. c. Epist. XXI. §. 7. Videntur fuisse larvae insectorum, tympano lacerato ad cavitatem penetrantium.

stoidei tumet, et attactum nequaquam fert, quae impotentia attaetum ferendi quandoque ad unum tantum processus punctum circumscripta est. Accedit nonnunquam parotis, ac erysipelas tandem superveniens vitae finem imponit. Inter plura hujus generis exempla tamen unum nobis obvenit, ubi abscessus circa processum mastoideum extus ortus disruptus est, ac latens subtus caries per exfoliationem sanata, instaurato plane auditu prius sat gravi. Quod exemplum abunde docet, perforationem processus mastoidei, et injectiones per locum sanciatum, a RIOLANO (22), et ROLFINKIO (23) propositas, et a VALSALVA (24), aliisque (25) feliciter peractas, quamvis alias funestas (26), haud omnino rejiciendas esse. Non quidem in surditate e vitio tubae Eustachianae, ut crediderunt, sed in ea, de qua agitur, scilicet ex abscessu, et carie cavitatis tympani, et proces-

(22) Opusc. anatom. nov. p. 318.

(23) Diss. anatomicae. Jen. 1656.

(24) L. c. p. 89.

(25) ARNEMANN I. c p. 65. 46. Legantur de hoc ipso argumento, perforatione scilicet processus mastoidei, JASSER in SCHMUCKER's *verm. Schrift.* 3. B. p. 122. HAGSTROM in *Abh. f. pr. Aerzte.* 14. B. p LOEFFLER *Beytr. z. Wundarzneyk.* 2. B. N. 7. *Journ. de méd. chir. pharm. fevr.* 1793.

(26) Mors Dr. BERGER, Regis Daniae archiatri, huic operationi adscribitur.

sus mastoidei post inflammationem acutam. Post inflammationem, inquam, acutam; nam, carie illa ab inflammatione chronica syphilitica pululante, vix quidpiam boni a perforatione processus mastoidei, enjus cellulæ tunc materie cretacea repletae visae sunt (27), expectandum foret. Quocumque in casu tanti momenti operatio cum summa cautela, et, nonnisi omnibus rite pensitatis (28), instituenda erit. Qua de caussa optandum, alterum injiciendi modum aut perforato tympano (29), aut per tubam Eustachianam (30) magis magisque familiarem reddi

(27) ARNEMANN I. c. p. 25.

(28) Sciendum enim est, processum mastoideum varium esse apud varios homines (ARNEMANN I. c. p. 20), minorem in feminis, quam in maribus (p. 21); in latere dextro ampliorem, et firmiorem quam in sinistro (p. 21.); cellulas illius solum inter 16 et 17. aetatis annum debito pacto evolutas esse, ita vel in senio perstare (MURRAY in *neuren Schwed. Abhandl.* 10. B. p. 199. Contra CASSEBOHM); perforatione processus mastoidici incaute instituta, cerebrum posse laedi, ac injectiones irritantes gravissimas turbas excitare (p. 31.); unde nonnisi ex simplici aqua tepida fieri debent, et quidem minima vi, ne tympanum inde rumpatur (p. 39.). Decumbente aegro materies injectionis per os, eostante, per naricem lateris affecti exit (p. 39.), dummodo communicatio inter cellulas mastoidicas et cavitatem ipsius tympani per pseudo-membranam ablata non sit.

(29) SAUNDERS I. c. p. 31.

(30) SAISSY (I. c. p. 109.) pulchre lucrum ex hac operatione expectandum, demonstrat.

posse. Verum injectiones per tubam EUSTACHII, tum per nasum, methodo LESCHEVINI (\*), CLELANDII (31), WATHENI (32), et SAISSY (33), tum per os methodo GUYOTI (34) institutae tot difficultates in homine vivente invenerunt, ut hucusque multorum suffragia colligere haud potuerint.

## §. XLV.

### MORBI TUBAE EUSTACHIANAE.

#### *Caussae obliteracionis.*

1. Ad morbos tubae Eustachianae spectant illius obliteratio, et inflammatio. Obliteratur tuba Eustachiana tum ex aliena, tum ex propria culpa. Ex aliena obliteratur a vitiis cavitatis tympani (35), a polypo narium ad fauces

(\*) L. c. p. 203.

(31) *Philos transact.* 1741. p. 747.

(32) *Ibidem* 1755. p. 213. 321.

(33) Medicus Lyonnensis in opere propediem in lucem prodituro. Legatur interea *Dict. des sciences médicales.* l. c. p. 101. 108.

(34) *Hist. de l'Ac. des sc. A.* 1724. p. 25. et *Mach. et invent. approuvés par l'Ac. des sc. T. IV.* p. 1115

(35) ROBBI in nota ad CURTIS op. c. p. 51. « *Denn sammeln sich einmal ausgetretene Feuchtigkeiten in der Tromme-*

descendente a tumoribus colli, praecipue tonsillarum (36), a scarlatina, a variolis (37), ab ulceribus faucium venereis, vel ab illorum cicatricibus (38), ab aphthis (39), et a corporibus extraneis ad eam perductis (40). Ex propria culpa obliteratur (ne dicamus de imperforatione a nativitate (\*)) a muco (41), ab inflammatione, et a suppuratione.

*Ihole an, und gerath ihr Ausgang ins Stocken; so muss sich die Eustachische Rohre leicht mit verstopfen, und es ist daher keinem Zweifel unterworfen; dass die Fehler der Trommelhole auch Krankheiten der Gehortrompeten nach sich zichen, und so auch umgekert ».*

(36) SIMS med. Abh. einer Gesellsch. v. Aerzt. in London.

i. B. p. 22.

(37) SAISSY l. c. p. 93.

(38) SWEDIAUR, COOPER, SAISSY l. c. p. 94.

(39) SAUNDERS l. c.

(40) VALSALVA (op. c. C. V §. 10.) de via, quae sese intubam Eustachianam insinuaverat, narrat, quaeque auditum eousque deleverat, quo usque non ablata fuerit.

(\*) « Il y a des enfans, qui viennent au monde avec la trompe d'Eustache imperforée: dans ce cas, les sujets sont sourds-muets. SAISSY l. c. p. 93. Imperforationem tubae operatione chirurgica aufert. Idem l. c. p. 94.

(41) Mucum induratum tubas Eustachianas obliterantem in cadaveribus senum surditate laborantium invenit OTTO: seltene Beob. z. Anatomie, Physiol. u. Pathol. Bresl. 1806. Cfr. §. XXII. N. 1.

*Inflammatio tubae Eustachianae.*

2. *Inflammatio tubae Eustachianae ad cynanchen faucium spectat*, cum qua societatem inire solet. Accusat tunc aeger dolorem acutum, qui viam tubae sequitur, anresque ferit, quique sub deglutitione, propriae in primis salivae, invalescit. Quae siugula praesertim in cynanche faucium catarrhalis et scarlaiinosa, in angina venerea, mercuriali, et in illa phthisicorum ulcere tum pulmonis, tum laryngis, tum pharyngis laborantium contingere solent (42).

*Diagnosis tubae obliteratae.*

3. Auditus labefactatio ex imperforata, aut obliterata, aut angustata tuba Eustachiana cognoscitur: 1.<sup>o</sup> per explorationem (\*): 2.<sup>o</sup> ex morbis fancium praegressis, aut praesentibus: 3.<sup>o</sup> ex impotentia tympanum inflandi: 4.<sup>o</sup> ex audiendi facultate ope apertoris oris non aucta, et 5.<sup>o</sup> ex alta, qua aegri loquuntur, voce (\*\*). Docente SPRENGELIO (43), aeger minus adhuc

(42) Mucus etiam tubam in foetu adimpleret simul cum liquore amni, docentibus HEROLD, DESAULT etc. V. SAISY I. c. p. 98. Mucum in tuba Eustachiana a frigore congelari posse, ut WATHEN contendit, (TRNKA historia cophos.) vix crederem.

(\*) SAISY (I. c. p. 101.) « à la saveur d'une algalie, on porte un stilet boutonné dans la trompe ».

(\*\*) ROEBI I. c. p. 57. in nota.

(43) *Handbuch der Semiotik.* p. 336.

propriam vocem, quam alienam, et auris susurrum percipit. SAUNDERS (44), e contrario susurrum auris in surditate signum potius libertatis tubae Eustachianae esse contendit. Quomodocumque sit, id compertum habetur, cophasin, et subsurditatem ex obliteratione tubae Eustachianae, praesertim oris ficti illius faucibus respondentis auxilium in *perforatione tympani* agnoscere. De qua operatione, quo scribimus tempore, forte immerito (45) vix amplius in usum deducta, legi merentur TRNKA (46), COOPER (47), SAUNDERS (48), MICHAELIS (49), HIMLY (50), NEUSS (51), HUNOLD (52), NEUWENHUIS (53),

(44) L. c. p. 44. Ait SAISSY (l. c. p. 99.) « *le bourdonnement n'est point un signe de l'obstruction des trompes* ».

(45) HIMLY Bibl. 1. B. 2. St. p. 337.

(46) L. c. p. 202.

(47) *On the operation of a particular species of deafness.*  
*Phil. trans. of the year 1801.*

(48) Op. c. p. 44.

(49) HIMLY Bibl. f. d. *Ophthalm. Kenntniss u. Behandl. d. Sinne überhaupt. Hannov.* 1819.

(50) *Commentatio de perforatione tympani. v. Salzb. med. chir. Zeit.* 1806. 3. B. p. 79. 4. B. p. 37.

(51) *Diss. de perforatione membranae tympani. Goett.* 1801.

(52) V. HUFELAND'S *Journ.* 24. B. 2. St. p. 172.

(53) *Diss. momenta quaëdam de surditate per puncturam membranae tympani curanda. Traj. ad Rhen.* 1807.

NASSE (54), BECK (55), MAUNOIR (56), FUCHS (57), PAROISSE (58), HARLESS (59), ASBURY (60), RUST (61), KERN (62), et SAISSY (63). Obstacula minora, ut mucus, tubam Eustachianam obliterantia quandoque ope expirantis validae, clausis naribus, et ore susceptae (64), aut *fumi nicotianae* diu ore retenti, aut *masticatoriorum*, et *gargarismatum* (65) removentur. Ad oscillationes tympani restituen-

(54) HUFELAND's *Journ.* 24. B. 3. St. p. 163.

(55) De tympani perforatione in surditatis cura cautius, rariusque adhibenda Erlang. 1806.

(56) *Journ. de méd. continué.* Vol. IV. p. 106, 109.

(57) Diss. de perforatione membranae tympani. Jen. 1809.

(58) Opusc. de chirurgia. p. 307.

(59) Opera minora academica medica. Vol. I. 1815.

(60) L. c.

(61) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1813. N. 62.

(62) L. c.

(63) L. c. p. 94.

(64) VALSALVA l. c. p. 84. SIMS in *mem. of the med. soc. of Lond.* I. Vol. N. 5. CLELAND in *Phil trans.* N. 461. v.

LESKE auserl. Ahh. 2. B. p. 29. ROSSI l. c. p. 59. nota.

(65) CELSUS l. VI. C. 7. DECKER v. SCHULZE i. c. §. 18. (Inter gargarismata acetum scilliticum antiquissimum remedium, et ad transitum auditus aperiendum Pythagoreorum scholae olim familiarissimum impense commendatur) MORGAGNI Ep. anat. VII. N. 14. AUTENRIETH l. c. (gargarisma tamen ab eo propositum ex decocto corticis daphne mezerei, et ammonia caustica mihi nimis acre videtur).

das *suctio auris* (66), vel *rarefactio aëris* meatus auditorii externi per eucurbitulam, vel moxulam extremitate una meatui immissa, altera accensa, quandoque oblinetur (67). Per quam caute hie incedendum esse per se patet.

## CAPUT IX.

### DE MORBIS LABYRINTHI, ET DE VITIIS AUDITUS.

---

#### §. XLVI.

##### MORBI LABYRINTHI.

###### *Anatomia pathologica.*

I. *Anatomia pathologica labyrinthi* admodum egena est. Scimus solum, reperta fuisse labyrinthum neutriquam, aut imperfecte evolutum (68), fenestram rotundam angustam (\*),

(66) Eph nat cur. Dec. II. an IV. obs. 123.

(67) Vulgus Lithuaniae hac methodo non sine successu utitur.

(68) MUNDINI Comment. Bonon T. VII. (anatomia surdi nati. p. 422.). SAISY l. c. p. 114.

(\*) LOBSTEIN *Rapport sur les travaux anat. de l'école de méd. de Strasbourg. Prem. trimestr. de l'an. XII. Fe-*

membranulas hanc fenestram, et foramen ovale occludentes exsiccatas, induratas (\*), aquulam COTUNNII in massam caseosam degeneratam (69), exsiccatam (70), meatum acousticum internum a membrana clausum (71), nervos acusticos exsiccatos (72), extenuatos (73), a tumoribus, et liquoribus extravasatis compressos (74), ipsa eorum origine non excepta. Hinc inde vero cadavera surdorum nullum organorum auditus vitium exhibuerunt (75).

*Surditas ex vito auris internae.*

2. Apparet ex dictis, *surditatem ex vito labyrinthi omnium communissimam* (76) esse

nestrā rotundam, progrediente aetate, *decrescere*, docet SCARPA op. c.

(\*) LESCHEVIN l. c.

(69) HAIGTON *mem. of the med. soc. of Lond.* Vol. 3. p. 1. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 15. B. p. 588. DUVERNAY l. c. p. 4. CLINE apud SAUNDERS l. c. p. 46.

(70) RICHERAND, vid. SAISSY l. c. p. 117.

(71) VALSALVA apud MORGAGNIUM Epist. XLVIII. §. 48.

(72) ARENDS de cephalalgia. Lugd. Batav. 1675.

(73) FR. HOFFMANN de auditu difficulti. §. 2. in cane.

(74) BONETI op. c. L. I. sect. 2. obs. 53. Vol. I. p. 435. SEVERINUS de recondita abscessuum natura. 1724. L. IV. C. 36. §. 2.

(75) SAUNDERS l. c. p. 46.

(76) CURTIS op. c.

effectum nunc malae labyrinthi conformatio[n]is,  
nunc morborum encephali, nunc propriae in-  
flammationis, nuncque perversae nervi acustici  
sentiendi facultatis.

*Surditas ex mala labyrinthi conformatione.*

3. *Labyrinthum* aliarum partium instar, vi-  
tiis primae conformatio[n]is subjici dictum est.  
Talia vitia in familiis quandoque haereditaria,  
aut congenita (\*) esse, ex aliorum (77), et no-  
stra experientia patet. Verisimiliter *rhachitis*  
systemati osseo generatim infensa, illi labyrinthi  
minime parcet. Quae si ita sint, quam parum  
spei surdis natis auxiliandi relinquatur, elucet.

*Surditas ex morbis encephali.*

4. Cephalaee in surditatem terminatae pluri-  
ma exstant exempla (78), procul dubio a recon-  
dita inflammatione, aut ab inflammationis reli-  
quiis circa multifaria loca cum nervo acustico

(\*) *NASSE* in *dentsches Archiv. f. Physiologie v. MECKEL I.*

*B. 4. Heft.* (*A parentibus omnino sanis decem infantes  
orti sunt, inter quos novem surdi, et muti erant*).

(77) *SCHENK* obs. L. V. N. 354. *FERNELIUS Pathol. L. V. C.*  
*G. HOFFMANN Consult. et respons. Cent. I. cas. 4o. MOR-*  
*GAGNI op. c. epist. XLVIII. art. 48. TRNKA l. c. p. 6. MI-*  
*CHAELIS, v. HIMLY Bibl. I. B. 2. St. p. 297.*

(78) *CELSUS* L. VI. C. 7. *SMETIUS miscell. L. X. p. 548. TI-*  
*MAEUS cas. L. I. N. 31. TOZZI op. T. I. p. 73. Breslauer*  
*Sammel. 1722. p. 212.*

nexus habentia (79), ipsa medulla spinali non excepta (80), repetenda. Non immerito surditatem inter apoplexiae prodroma posuimus (81), vidimusque illam ab hac solutam (82). Quae omnia si cum observationibus anatomico-pathologicis supra enarratis (83) comparentur, colligere possumus, dari *surditatem*, si dicere licet, *encephalicam*.

*Surditas ex praevia inflammatione labyrinthi.*

5. Labyrinthi periosteum, ductus semi-circulares, et saccum semi-ovalem, aquaeductum vestibuli, et cochleae, item vaginam nervi acustici durae matris propaginem *inflammari* posse, DUVERNEYI (84) in primis observationes docent. Ingruit *otitis* ista, a caussis traumaticis, et

(79) *Ventriculus* scilicet quartus, *calamus scriptorius*, pons Varolii.

(80) RACCHETTI l. c. p. 38.

(81) P. II. C. V.

(82) Vir quinquaginta circiter annorum cephalaeae periodicae arthritico-haemorrhoidalii a plurimis annis subditus fere post quemvis paroxysmum difficultius audiens, ac memoria magis magisque labefactata, die 11 martii v. st. An. 1818 apoplecticus concidit, subsecuta hemiplegia lateris sinistri. Jam altera die auditus cum memoria plane redierunt.

(83) N. 1. 7.

(84) L. c. p. 4.

rheumate praesertim in syphiliticis repetenda (85) cum cruciatibus acerbissimis , sonum intolerantia, vigiliis , deliriis , vomitu , et febre acuta , ac paucorum nychthemerorum spatio , nisi illico anxiuum praesto sit , praeviis sopore, et convulsionibus , morte terminatur. Qui morbus praesertim in infantibus (86) vix ab encephalitide cephalalgica (\*) distingui posse , facile intelligitur. Inflammationis labyrinthi , utpote par-

(85) Collectis exemplis otitidis internae a me observatis , ea plerumque in syphiliticis injurijs externis , aut refrigerio expositis loeum habuisse , apparet.

(86) Mense junio 1818 ad pusionem quatuordecim mensium vocatus sum , qui praeter febrem , et saevos vagitus nil morbosi exhibebat. In cunctas corpusculi partes ad dolorum sedem detegendam inquirens vix ad aurem sinistram manu mea perveneram , cum infans , ae si me loeum affectum invenisse indicare voluisset , siluerit. Remota manu , iterum vagitus inceperat , et sic vicissim repetitis vicibus. Aures tamen nil morbosi exhibebat. Declarato nihilominus morbo pro ototide , hirudinem retro aurem apposui , exhibito intus nitro. Illico infans febricitare , et ejulare cessavit.

(\*) *Case of inflammation of the ear , attended with symptoms of compression of the brain. By R. GRATTAN in Transact. of the college of Physic. in Ireland. Vol. N. 15. Ibidem N. 14 Case of inflammation and abscess of the brain , attended with disease of the ear. By I. S. BRIEN.*

tis aliunde sero (87), forte acri (\*) replete, *hydropem acutum communissimum exitum sistere suspicamur* (\*\*); quin ob id exsiccationem liquidi in cavitatibus labyrinthi surditatis senilis frequentem caussam, (88) excludamus. Praeterea nervum acousticum cum suis expansionibus iisdem vitiis, ac nervus opticus, et retina subjici verisimile videtur. Ex quo colligitur, caussam surditatis in praevia iuflammatiōne labyrinthi, quandoque primis a nativitate mensibus perpessa, quaeri posse, ad quam diagnosis solum anamnestica ducere possunt. Cura inflammationis labyrinthi illi encephalitidis (89) plane similis.

*Surditas ex perversa nervi acustici sentiendi facultate.*

## 6. Sicuti *amaurosin* ex vitio dynamico (saepe

(87) MECKEL l. c. p. 15 asserit « totum labyrinthum aqua repletissimum esse ». quod negat BRUGNONE l. c., quin tamen de praesentia aquae dubitet. Cfr. SCARPA l. c.

(\*) FRIEDLANDER in HINLY Bibl. 1. B. 2. St. p. 434. ad experimenta CHAUSSIER et RIBES provocans. Cfr. MOREL principe acoustique nouv. et universel de la théorie musicale. Paris. 1816.

(\*\*) Confirmat suspicionem istam VIRICEL, teste SAYSSY l. c. p. 115.

(88) CURTIS l. c. Cfr. N. 1.

(89) P. II. sect. 1. C. III. §. XVIII.

paralytico) nervi optici, et retinae admisimus (90); ita *cophosin ex vitio dynamico nervi acustici*, et illius expansionum, duce inter alios SAUNDERS (91), admittimus. Cophosis nervosa a variis vitiis auditus mox infra recensendis annuntiari solet. Ansam illi porrigunt sonus vehementes, e. c. clamor (92), sonitus campanarum (93), ictus bombardae (94), et fabrorum ferrariorum (95), cataracta Nili (96), tonitru (97), animi pathemata, ut terror (98), venus (99), in primis onania (100), frigus in primis humidum (1), e. c. in domibus recenter con-

(90) C. V. §. XXXV. I, N. 13.

(91) L. c. p. 46.

(92) SCHULZE diss. de auditus difficultate §. 23.

(93) FADR. HILDANUS Cent. III. obs 5.

(94) Idem obs. 6. CAMERARIUS memor. Cent. XII. N. 57.

(95) FERGUSON in *med. and phys. Journ.* 1802 may. V. HU-  
FELAND, SCHREGER u. HARLESS *Journ. d. ausland. med.  
Liter.* 1803. 1. B. p. 84.

(96) LENZIUS de hominibus ad cataractam Nili obsurdescen-  
tibus. Witt. 1699. RIOLANUS Ench. anat. path. L. IV. p.  
289.

(97) BORELLUS observ. Cent. N. 3.

(98) Ephem. nat. cur. Cent. IV. obs. 6.

(99) SYLVATICUS Consil. Cent. II. N. 18.

(100) In juvene surdo, quem anno 1815 socio Professore  
NISZKOWSKI curavi Vilnae, nullam aliam, praeter onaniam,  
cophoseos caussam invenire potui.

(1) SYLVATICUS Cons. Cent. II. N. 20, 21. FORESTUS L. XII.

structis , aut dealbatis (2), a balneo (3): haemorrhagiae potissimum per vasa intestini recti (4), longe vero saepius illarum suppressio (5), graviditas (6), obstructiones viscerum abdominalium , nisus sub partu (7), sub emunctione narium (8), sternutatione (9), vomitu (10), violentiae externae (11), ut ictus (12), protracta inclinatio capitis antrorsum (13), variae metastases (\*), ut ulcerum exsiccatio (14), crusta

obs. 14. LENTILIUS misc. med. pract. P. I. p. 64. Facta similia coram oculis babeo.

(2) DESMONCEAUX op. c. p. 395.

(3) HEEDR in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1803. 2. B. p. 41.  
MARCARD *v. Badern.* p. 301.

(4) Ex aperitione venaruin haemorrhoidalium crebro nimis repetita , subsurditatem observavi.

(5) WEPFER obs. de aff. capitis. N. 188. HOFFMANN med. rat. syst. Vol. IV. P. II. sect. I. C. I. obs. 7.

(6) Act. nat. cur. Vol. II. obs. 76. PAULLINI Cent. III. obs. 21.

(7) SPRENGEL *Pragm. Geschichte d. med.* 3. Th. p. 166.

(8) RIEOLIN Lin. med. an. III. p. 852.

(9) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 9. obs. 26.

(10) FAER. HILDANUS Cent. V. obs. 1, 2.

(11) TREVIRANUS in HORN's *Archiv.* 3. B. p. 102.

(12) GRAPENGIESSER in HUFELAND's *Journ.* 17. B. p. 168.

(13) Mense maio an. 1815 femina ex inclinatione capitis antrorsum sub laboribus diuturnis, sexui suo propriis, surda redditia , auxilium meum imploravit.

(\*) De cophosi ex tumore colli ope cataplasmatis fugata , lege SAISSY I. c. p. 40.

(14) JASSER in SCHMUCKER's *verm. Schrift.* 3. B. p. 122.

lactea (15), herpetes retropulsi (16), salivatio mercurialis suppressa (17), plicae resectio (18), et lues venerea. Quoad diagnosin, *surditas nervosa* inconstans, et variabilis esse solet: urget ea maxime sub atmosphaerae humiditate, et viceversa. Sunt qui tantum matutinis horis surditate laborent (19), alii auditum sub rumore acquirunt (20), aut determinatos tantum sonos percipiunt (21). Quandoque surditas nervosa alternatium cum amblyopia (22), aut cum auditu aucto in aure sana (23) comparet. Surditate nervosa laborantes plerumque adaperto ore, aut deductis in auxilium tubis acousticis melius audire, motum vero horologii inter dentes suscep-

(15) MALARADOWICZ diss. de surditate ex crusta lactea retro-pulsa orta. Hal. 1769.

(16) BRAMBILLA v. d. *Phlegmone*. 2. B. Cfr. J. P. FRANK Épit. de cur. hom. morb. Cap. II. de otitide.

(17) HOFFMANN de auditus vitiis, obs. 8. op. Vol. III. p. 246.

(18) Nonnulla mihi obvenerunt exempla.

(19) SYLVATICUS consil. Cent. II. N. 19.

(20) Pro surda nuper consilium meum exposcebatur, quae super vias saxosas curru vehens perbellie audiebat.

(21) Sic aeger, de quo STAHL (Coll. cas. N. 76.) narrat, nonnisi sonum fistulae Schalmey percipiebat.

(22) BARTHOLINUS Epist. Cent. IV. N. 40.

(23) CURTIS op. c.

pti haud percipere (24), et de susurro ipso in encephalo (25) conqueri solent. Species cophoseos, de qua agitur, difficillimae est curationis. Pro varia mali caussa, ducibus indicationibus nostris generalibus (26), tentanda sunt: evacuatioes sanguinis (27), praesertim locales (ad loca scilicet, e quibus haemorrhagiae suppressae fluere debuissent, vel etiam ad verticem (28), retro aures), *ulcera artificialia*, maxime *fonticuli* (29), *vesicatoria* (30), *ustio* (31), *embrocatio*

(24) COOPER, SAISSY I. c. p. 120.

(25) CURTIS op. c.

(26) P. II. sect. I. C. I. §. VI.

(27) In primis si aeger ictus arteriarum in aure percipiatur.  
CURTIS op. c.

(28) Scarificationes in primis. Cfr. PEZOLD obs. med. chir. pract. N. 91.

(29) In cophosi, quae impetiginum fugae, vel vitio arthritico originem debet, nisi malum valde antiquum fuerit, fonticuli ad potiora auxilia spectant. Eos sub processum mastoideum ponimus, posuerunt alii ad nucham (Act. Hafn. Vol. II. obs. 77.), ad brachium (ETTMULLER op. II. p. 738.), nec non ad ipsam auriculam (RIEDLIN curat. mill. N. 833.).

(30) RIEDLIN Lin. med. 1695. p. 23. WENDT *Nachricht v. d. klin. Institut zu Erlang.*

(31) Salzb. med. chir. Zeitung. 1803. p. 52. LODER *chir. med. Bemerk.* I. B. p. 238.

(32), *purgantia* (33), *pediluvia acria* (34), *hydrargyrium* (35), *balnea* (36), *injectiones* (37),

(32) JASSER in SCHMUCKER'S *verm. Schrift.*

(33) Auditus difficilis unius auris ope diarrhoeae spontaneae fugati exemplum coram me habeo. Nec unquam, excepto aegro exhausto, purgantium, et quidem drasticorum usum aduersus malum, de quo agitur, negligo. Cfr. FR. HOFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 6. obs. 5. 7. SCHULZ l. c. §. 18. 19, et TRNKA l. c.

(34) RANOE in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. IV p. 55.

(35) Adversus cophosin syphiliticam praesertim in sublimato, et frictionibus ope unguenti mercurialis retro aures susceptis auxilium quaero, ac plus vice simplici invenio. Sunt qui calomelidis vires extollant (SAUNDERS l. c. p. 49.); quocumque in casu ad salivationem usque id generis pharmacum porrigendum (ETTMULLER op. p. 739.). Interea cavendum ne auditui difficiili ex abusu mercurii talem opponamus curam. Sic paucos ante menses surdastrum, quem pro syphilitico habuerant, eique multum hydrargyri ingesserant, balneis sulphuricis permultum sublevavi. Cacterum hydrargyrum et ea in surditate, quae ex prævia nervi acousticæ inflammatione ortum dicit, locum invenire, non est curmoneam.

(36) FALLOPIUS de aquis medicatis C. 26. WEPFER obs. de affect N. 188.

(37) BUSSON (Diss. an absque membranae tympani apertura topica in concham injici possint. v. HALLERI Diss. obs. Vol. II. N. 44.) per expirationem plenis buccis peractam, duu liquida in ore tenentur, aurem internam injici posse contenderat; verum rem plane fieri haud posse, inter alios

*vapores* (38), resque variae (39), quae meatus auditorio externo immittuntur, e. c. *sucus uvarum immaturarum* (40), *cepae* (41), *allii* (42), *moschus* (43), *zibetum* (44), maxime vero *castoreum* (45), et *camphora* (46).

demonstrarunt PORTAL (*Précis de la chir. pr. T. II.* p. 481.) LESKE (*auserl. Abh.* p. 270, et LENTIN (*Beytr. 2. B.* p. 137.).

(38) DIOSCORIDES (L. V. C. 78.) vapores sulphuris auri immissos laudavit. Accessit FONSECA (Consult. N. 13.) vaporem thermarum sulphurearum commendans. *Fabarum* vapores suadent WITTICHUS (*Vademecum* p. 129). RAYGER (ad SPINDLERI obs. N. 19.). PAULI (quadripart. bot. Cl. II. p. 31.) etc, *Vapor panis aromatici* ab HOFFMANNO suadetur (Diss. de praestantia remediorum domesticorum. §. 7.). Transitorium levamen quandoque vapores ex herbis majoranae, salviae ope infundibili auri immissi offerunt. Idem de ammonia contendit MICHAELIS (v. RICHTER's *Chir. Bibl.* 5. B. p. 126.). Evolvitur ipsa salis ammoniaci, et subcarbonatis potassae uncia una vasi aqua fervida pleno, et operculo rostrato clauso immissa.

(39) Quanta cum cautela id fieri debeat, non est cur moneam.

(40) CELSUS L. VI. C. 7. N. 7.

(41) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 7. obs. 181.

(42) HOFFMANN McD. rat. syst. I. c. obs. 5.

(43) FORESTUS L. XII. obs. 7. 15.

(44) TRNKA I. c.

(45) SCHULZE I. c. §. 22. Neque contemnenda est *mixtura acustica Fulleri*, cuius potissimam partem *essentia castorei* constituit.

*Electricitas* (47), *galvanismus* (48) saepe saepius a nobis in surditate nervosa usurpata tunc solum aliquid, ut plurimum pro tempore tantum, praestitere, dum malum a violentiis externis originem traxerat, aegerque a congestionibus sanguinis ad caput plane immunis erat. Quibus singulis auxiliis incassum adhibitis, sors surditate nervosa, saltem in minori gradu labo-

(46) A Patre meo sequentem formulam accepi quandoque effectu minime destitutam. R. Olei amygdalarum dulcium drachmas duas: camphorae, spiritus cornu cervi, tincturae opii aa guttas quinque. M. excipientur gossypio, et immittantur auri.

(47) De electricitatis in cophosi usu legi potissimum merentur SIGAUD LA FOND de l'electricité méd. p. 282. SPENGLER Briefe v. Erfahr. d. Electricitat in Krankheiten. 1. B. §. 2. 2. B. §. ult. et penult. BLIZARD in Lond. med. Journ. Vol. I. p. 213. T. 3. HUNGZOWSKI in RICHTER's chir. Bibl. 7. B.

(48) BISCHOFF in HUFELAND's Journ. 13. B. 2. St. p. 129. GRAFENGIESSER Versuche. p. 111, 164, 220, et HUFELAND'S Journ. 17. B. 1. St. p. 161. RITTER ibid. 8. St. p. 41. SPRENGER Anwendungsart d. Galvani-Voltaischen Metall-Electricitat zu Abhelf. d. Taubheit. Jever 1802. WALTHER nb. d. therapeut. Indication d. Galvanismus. Cap. 10. SCHUBERT Diss. dubitata quaedam supra hominum a nativitate surdorum medelam galvanismi ope suscipiendam. Jen. 1803. HALDAT in Précis analyt. des travaux de la Soc. de Nancy. 1807. VOLTA in Annali di chim., e storia naturale di L. BRUGNATELLI. T. 21. p. 200.

rantium per *instrumenta acustica* sublevanda; spectant hoc tum *tubae auri immittendae* (49), tum *conductores soni extremitate una corporibus sonoris*, altera dentibus (50), vel portioni durae paris septimi nervorum (51) admovendi. Nec allocutio super verticem plane spernenda (52).

(49) *Instrumenta hujuscemodi idem pro auribus, ac conspiciilla pro oculis efficiunt.* Illorum delineata inveniuntur apud ARNEMANN *Magazin f. d. Wundarzneiwiss.* 2. B. p. 380. BELL *sist. Wundarzneik.* 3. B. Tab. XIV, fig. 174. CURTIS l. c. Specimina illorum in praelectionibus exhibenda.

(50) CARDANUS de subtilitate rerum. PORTA Mag. natur. p. 200. SCHOTTUS mag. natur. L. III. Art. 2. Syntagma 4. N. 1. WELSCH Episagm. N 24. CAMERARIUS memorab. Cent. N. 71. JORRISAN Diss. sistens nov. meth. surdos reddendi audientes physicas, et medicas rationes Hal 1757 ROBERTSON *Munchner Zeitung* 1815. 14. Novemb. Zeit. f. d. elegante Welt 1815. N. 234. Erinnerungen u. Bemerkungen ub. Behandlung und Unterricht d. Taubstummen von BRENTANO mit Bericht von TROXLER. v. Archiv d. Med., Chir. u. Pharm. 2. B. Aarau 1816.

(51) SWAN l. c. v. HIMLY Bibl. 1. B. 2. St. p. 431.

(52) TRÖXLER ducibus DE CASTRO, BEVIUS et DUVERNEY l. c. Cfr. P. II. Vol. I. sect. 1. App. ad C. XIV. an. 16 maii.

## §. XLVII.

## VITIA AUDITUS.

*Generatim.*

1. *Vitia auditus* (*pseudocoia*), perceptio scilicet tinuientis aëris (53), susurri (54), tamquam de cataracta labentium, et strepentium aquarum, vel qualefi apum volitantia examina, aut muscae obstrepentes edere solent, sibili, bombi (55), veluti pulsatarum campanarum, soni duplicis, sen justo acutioris, plerumque quidem ex vitio systematis nervosi auris nunc primario, nunc symptomatico pullulant, ac relate ad surditatem ita se habent, uti vitia vi-

(53) ZEIDLER Diss. de aurium tinnitu. Lips. 1630. BREHM Diss. de auditu in genere, et tinnitu aurium perpetuo. Ingolst. 1651. GRAUSIUS de tinnitu aurium. Jen. 1681. SCHENK Diss. de tinnitu aurium. Jen. 1667. HELBICK de sonitu, et tinnitu aurium. Altd. 1699. FINKENAU de tinnitu aurium. Regiom. 1706. LEIDENFROST Diss. de tinnitu, et susurro aurium. Duisb. 1784. SCHEDEL Diss. de susurro aurium. 1785.

(54) CARTHEUSER de susurratione, et tinnitu aurium; v. select. diss. N 9. WESENER Diss. de susurro aurium. Duisb. 1785.

(55) MENJOTI Diss. de bombis aurium. App. ad hist. febr. malign. Paris. 1622.

sus relate ad amaurosin; interea et aliae quae-dam caussae ad illa generanda concurrunt.

*Tinnitus, susurrus, bombus.*

2. *Tinnitus* (56), *susurrus* (57), et *bombus* (58), sanissimo licet in homine, transito-  
rie obveniunt, plerumque tamen oriuntur a ce-  
rumine aurium copia excedente, aut indurato,  
ab insectis, e. c. pulicibus in meatu auditorio  
saltantibus, a laesione nervi facialis (59), e. c.  
per luxationem, vel fracturam maxillae inferio-  
ris, ab affluxu nimio sanguinis versus encephal-  
lum (60), e. c. imminentibus menstruorum,  
et haemorrhoidum fluxu, epistaxi, crisi (61),  
sub natationis negotio, ab inedia, debilitate (62),

(56) « *Tinnitus* dicitur, si tintinnabuli presse repetitos so-  
nos acutos referat ». SAUVAGES l. c.

(57) « *Susurrus* dicitur, si murmur, gravisque sonus presse  
repetitus audiatur, ut rotac, fluminis, vel fortis, ut to-  
nitru ». SAUVAGES.

(58) « *Bombus* dicitur, si percussionses vel ictus interpolatos  
raepresentat ». SAUVAGES.

(59) SPRENGEL *Handb. d. Semiotik.* p. 328. (ob nexum cum  
chorda tympani).

(60) *Syrigmus plethoricus* FR. HOFFMANNI.

(61) *Syrigmus criticus* SAUVAGESII.

(62) *Syrigmus a debilitate* SAUVAGESII.

et morbis praegressis (\*), a vitiis gastricis (63), a potu liquorum fermentatorum, a flatibus, ab onania, haemorrhagia, appropinquante lypothymia, galvanismo, refrigeratione pedum, a coryza (64), et a plica. Socii, ut monuimus (65), susurro plicoso esse solent sensus insecti in aure reptantis (66), -sive venti ex meatu auditorio prodeuntis. Sunt inter plicosos qui sensum susurri non quidem in auribus, sed potius in ipso encephalo accusent. Interea, rite animadvertente ITARD (67), tinnitus, susurrus etc. aurium haud semper ad hallucinationes spectant, sed saepius *caussis realibus*, ut irritationi nervi acustici a sanguine, a processu quodam galvanico (68), ab aëre impedimentum in meatu externo inveniente tribuendi sunt; quin immo atmosphaera nos ambiens nunquam adeo

(\*) « Plusieurs maladies graves. laissent après leur guérison différentes anomalies des sens, parmi lesquelles on compte le bourdonnement ou le tintement d'oreilles, » (LESCHEVIN I. c.).

(63) *Syrigmus a ventriculo* FR. HOFFMANNI.

(64) *Syrigmus catarrhalis* SAUVAGESII.

(65) P. I. C. XXXVI. §. 144 N. 2.

(66) Gryllos accusat vulgus Lithuaniae, quae hallucinatio tantum attingit gradum, ut vix de contrario persuaderi possint aegroti.

(67) V. Salzb. med. chir. Zeit. 1813. N. 51.

(68) SPRENGEL Institut. Vol. III. p. 524.

tranquille se gerere videtur , ut homo auditu sensili instructus quemdam aëris rūmorem vulgo hominum imperceptibilem sentire non debeat.

*Auditus acutus.*

3. Tantum saepe in nonnullis praesertim feminarum occurrit auditus acumen , ut non solum ex longinquo verba , humillima licet voce dicta , audiant (69) , sed a fortiori vociferatione in cephalalgiam (70) , et a fortissimo , vel acuto sono in lypothimias , et convulsiones conjiciantur (71) ; quae sonitus intolerantia quandoque ex tergemino utrinque nervo auditorio (72) , vel ex tumore ad finem centralem nervi auditorii pullulat. Generatim soni acuti , aut falsi , aut admodum amoeni (73) dentibus infensi , et ad

(69) Obstupui inveniendo feminas , quae sub ipsa sermocinatione quid in altero cubiculo secreto colloquebantur perbellè audiebant.

(70) Consuetudo humili voce loquendi in societate nobiliorum adeo invaluit , ut clamatores cane , et angue pejus fugiantur. Italae feminæ generatim loquendo iis adscribendæ.

(71) Nobilissimam feminam vix a puerperio convalescentem a clangore tubæ in lypothimiam incidisse vidi. Novi feminas , et pueros , qui explosionem tormentorum non timabant quidem , sed ferre non poterant , quin in cordis palpitationem , et convulsiones incidenterent.

(72) BONET sepulchr. L. I. sect. XIX. add. obs. 7.

(73) E. c. illi instrumentt vitrei , vulgo *harmonica*.

spasmos excitandos idonei sunt. De auditu aento (\*), ut symptomate febrium (74), cephalaeae (75), encephalitidis (76), variorumque aliorum morborum systematis nervosi jam dictum est.

*Auditus duplex.*

4. Panis auditus duplicis (\*\*) exemplis (77) unum tantum ex propria praxi addere possumus (78). Videbantur aegrotae singula verba, quae audiebat, simul voce alta, et profunda, veluti a duobus hominibus, proferri. Quod vitium *diplopiae* respondere, clare appetet.

*Cura.*

5. Vitia auditus pro variis causis, a quibus originem trahunt, variis auxiliis, usque secundum regulas generales administrandis aggreendienda sunt. Molestem, et rebellem tinnitus aurium *oleo cocto herbae hyoscyami nigri gossypio suscepito*, meatuique auditorio levi manu immisso pluries debellavimus.

(\*) *Syrigmi ab oxycaea SATVAGESII.*

(74) P. I. C. IV. §. XLIX. N. 3.

(75) P. II. C. II. §. VIII. N. 2.

(76) Ibid. C. III. §. XIV. N. 3.

(\*\*) *Graec διπλάκουες*

(77) VOGEL in diss. de eas. obs. med. chir. Goelt. 1768. PRIESTLEY in *med repository*. Vol IV. N. 3. Art. 3.

(78) Vol. II. C. XXXVI. N. 2. p. 517.

DE MORBIS  
CAVITATUM NASALIUM.



## CAPUT X.

DE MORBIS NARIUM GENERATIM,  
ET DE VITIS OLFACTUS,  
ATQUE DE STERNUTATIONE IN SPECIE.

---

## §. XLVIII.

DE MORBIS NARIUM IN GENERE.

*Narium momentum.*

I. Quamvis narium fabrica (apud varias gentes diversa) ea oculorum, et aurium minus videatur artificiosa; attamen illarum morbi magni sunt momenti, quod elueet ex copia, et extensione partium huc spectantium, nasi scilicet externi, illius septi, aperturarum pyriformium, et choanarum, ossium turbinatorum, evitatum narium proprie dictarum, meatuum, cellularum ethmoidearum, sinuum frontalium, sphenoidalium, et maxillarium: ex ampla, eaque pituitosa, qua hae partes investiuntur, membrana: ex arteriis (79), venis (80), vasis

(79) Ab ophthalmica arteriae ethmoidales, a maxillari interna alii rami.

(80) Confluent omnes in faciem anteriorem.

lymphaticis (81), et nervis (82) in ea decurrentibus: ex sede odoratus, et tandem ex nexu cum loquela (83), organo visus (84), et auditus (85) cum faucibus, larynge, et bronchiis (86), cum ventriculo, ac intestinis (87). Praeterea nares ut signum in morbis valent (88).

*Literatura.*

2. Quoad narium morbos in genere legendi sunt MONTAGNANA (89), PEYER (90), HAASE (91), DESCHAMPS (92), WEINHOLD (93), nec non pluries laudata compendia chirurgica.

- (81) In glandulas collo adnatas tandem transeunt.
- (82) 1.<sup>o</sup> Nervus olfactorius, 2.<sup>o</sup> ramus nasalis a ramo primo quinti paris, 3.<sup>o</sup> rami nasales superiores a Vidiano, et nervi naso-palatini a ramo secundo rami secundi paris quinti.
- (83) E. c. psellismus nasitas, (*parler du nez*).
- (84) Ob arteriam ophthalmicam, et ob ramum nasalem rami primi quinti paris cum ciliaribus confluentem.
- (85) Ob ramos faciales nervi communicantis faciei, et illius cum nervo acustico nexus.
- (86) Ob nervos ex ramo palatino.
- (87) Ob nervum intercostalem, utpote ex Vidiano originem ducente.
- (88) BUCHNER diss. de morborum signis, quae a naribus desumuntur. Halae 1754.
- (89) Cousil. de aegritudinibus narium. V. op. select.
- (90) Diss. de narium morbis. Basil. 1756.
- (91) Progr. de narium morbis. Lips. 1794.
- (92) *Traité des maladies des fosses nasales, et de leurs sinus.* Paris 1804.

*Ordo rerum.*

3. Morbis illis adscribuntur: *vitia odoratus, sternutatio, coryza, ozaena, et epistaxis. Doctrinam fracturae, vuluerum, cancri, et polypi narium chirurgiae relinquimus.* Antequam vero ad indicatos morbos exponendos nos accingamus, nonnulla de *malis, quae nasus cum reliqua cute communia habet, et de vitiis suae conformatio-*nis praemittimus.

*Mala communia.*

4. Nasus cum reliqua cute communia habet *erysipelas, tineam, aphthas* (94), *exanthemata*, inter quae potissimum *variolas*; docet enim tum *aliorum* (95), tum nostra experientia, facile inde *coalitionem narium operatione chirurgica removendam relinqu*. Praeterea cutis narium subjicitur *herpeti*, et *erythema*, in primis *pernioni*, de quo *narium rubore eleganter*, duce *CESIO*, scribit *BALLONIUS* (96);

(93) *Ueb. d' Krankh. der Gesichtsknochen u. ihr Schleimhaute, d. Verhuten des Einsinkens d. gichtisch. u. venöser Nase u. d. Einsetzung kunstl. Chonen.* Halle 1818.

(94) *Lond. med. Journ.* 1790. Part 4. N. 10.

(95) *BARTHOLINUS act. Hafn.* Vol. I. obs. 109. *FISCHER de variolis* p. 94. *FABRE traité d'opér. de chir.*

(96) *Op. L. III. Consil.* 73. En ipsius verba: « *Drobinella sentit ex intervallis appulsum fuliginis, aut vaporis calidi;*

cujusque memorabilis extat in diario HUFELANDII historia (97).

*Vitia conformatio[n]is.*

5. Monstra naso orbata a HEUERMANNO (98),

ut est praedita visceribus calidis, extremitas naris incalescit, intumescit, sed ut mulieri non potest eripi cura cultus corporis; ita nil negligit, quod ad id mali evitandum pertinere possit; immo etiam ad empiricos confugit. Illi calidis rem irritarunt, et infecta plane res est. Nos ea ratione ei consultum voluimus, quia malum a visceribus, iis danda opera est, palebotomia, purgatio cum cassia valet, catholico, senna; lavatio pedum; epithemata, cucurbitulac, enhemata refrigerantia; caveat topica frigidiora, caque, quae moram in parte affecta trahant, unguentum citrinum, cera virginea lota in aqua rosarum, et nenupharis: vinum fragorum, tremor hordei, decoctum hordei, quo mangones ad mangonium puerorum et nitorem utebantur HIPPOCRATIS tempore: emplastrum molle ex gumini tragacantho, arabico, amylo, pauca cerussa et cera virgine loco cerussae lithargyrus valebit. R. Foliorum salicis manipulos duos, albumina duodecimi ovorum, suci limonum uncias duas, distillentur cum lacte; oleum ex seminibus frigidis, aqua liliorum cum trochiscis albis Rhasis; vel emulsiones, aqua rosarum cum paucō mucore seminis althaeac et gumini tragacanthae, frustum carnis vitulinae mane applicatum, valet pasta regia FERNELLI et hordeum mundatum in jusculis». Maxime juvant balnea sulphurica, e. c. NENDORFINA (diarium HUFELANDII l. c.).

(97) 16. B. 2. St. p. 80, 102

(98) *Vermischte Bemerk. u. Untersuch.* 1. B. p. 313.

**A**LIXIO (99), **C**OLLOMBO (100), **V**ICQ D'AZYR (1), **R**OEDERERO (2), **M**AIGROTO (3), aliisque describuntur. Praeterea nasi locum tenebant oculus (4), et excrescentia penis figuram exhibens (5). Nasus duplex, de quo narrant **B**ARTHOLINUS (6), et **B**ORELLUS (7), in dubium vocatur (8). Non ita nasus curvatus (\*), longissimus (9), mobilis (10), fissus (11), et hiul-

(99) *Observ. chirurg. Francf.* 1778. *Fasc. IV.*

(100) *REIL's Archiv. f. d. Physiol.* 1. *B.* p. 213.

(1) *Mém. de la Soc. de méd.* 1776. p. 318.

(2) *Descript. foetus parasit.* in *comm. Soc. Goett.* T. IV. p. 114. 138.

(3) *ROUX Journ. de méd.* T. XV. p. 142.

(4) *BORRICHII in BARTHOLINI act. med. phys.* Hafn. 1671.  
Vol. I. obs. 93. p. 182.

(5) *PLOUQUET nova acta nat. cur.* 1791. T. 8. obs. 7. Tab. V.

(6) *Hist. anat. rar. Cent.* I. *hist.* 25. T. I. p. 41.

(7) *Obs. med. phys. Cent.* III. obs. 43.

(8) *VOIGTEL Handb. d. pathol. Anat.* 2. *B.* p. 120.

(\*) *QUELMALZ progr. de narium, earumque septi incurvatio-*  
*ne.* Lips. 1750. in *HALLERI Coll. disp. pr.* Vol. I. p. 240.

(9) *BARTHOLINI* I. c. *Cent.* II. *Hist.* 44. T. I. p. 240. *Cfr.*  
*BALLONII* op. T. I. p. 122.

(10) *PAULLINI* de *naso mobili* in *Misc. nat. cur.* Dec. 3, 1695.  
1696. p. 312.

(11) *VAN DOVERN* spec. obs. acad. C. II. p. 10. Tab. V. fig.  
1. et 3.

cus (12), septum narium perforatum (13), deficiens (14). *Varices* in recens natis saepe nimis angustae (15), vel et occlusae (16) inveniuntur. Quandoque ossa narium deficiebant (17).

- (12) LYCOSTHENES chronic. XVI. de prodig. et ostentis. SCHENKII obs. med. L. I. de capite hum. obs. 329. p. 379.
- (13) HILDEBRANDT *Lehrbuch d. Anatomie d. Menschen.* 3. Ausg. 3. B. p. 179. OTTO *Handb. d. pathol. Anatomie.* p. 203.
- (14) OTTO l. c. p. 202.
- (15) SYLVATICUS Cent. II. consil. 24. LEVRET in *Journ. de méd.* 1772. T. 37. Abh. f. pr. Aerzte. 1. B. 4 St p. 103. Uberum inde impeditur suctio apud recens natos, ac cavitas oris continuo hiat. Angustatio ista narium curriculo annorum sponte evanescit, pro tempore sublevatur, pusio, penna tenui oleo imbuta, ac caute naribus intrusa.
- (16) LITTRÉ mém. de l'Ac. des sc. 1701. p. 120. PLAKNU<sup>s</sup> mém. de l'Ac. de Berlin. 1761. p. 73. CALLISEN instit. chir. hodiernae. p. 583. OBERTEUFFER in STARK's *N. Archiv. f. d. Geburtshulfe.* 2. B. p. 640.
- (17) ROLOFF de monstris. Venet. 1749. MORGAGNI advers. anat. an. XXVIII. p. 39. VAN DOVERN obs. acad. spec. C. XIII. p. 196. SCHULZE act. phys. med. Vol. I. p. 227.

## §. XLIX.

## DE VITIIS OLFACTUS.

*Generalim.*

1. Vitia olfactus, de quibus disseruere FAESLIN (18), BERGER (19), LANGIUS (20), QUEL-MALZ (21), aliquie ad *defectum*, *excessum*, et *modum* reduci queunt.

*Olfactus defectus.*

2. Si aeger odores percipere, et a se invicem discernere nequeat, ad *olfactus defectum*, *anosmia* (22), concludimus. Vitium hujusmodi a SCHEFFEL (23), BUCHNER (24), et JANTKE (25) speciatim descriptum nunc aliorum morborum, e. c. febrium, coryzae, apoplexiae

(18) Diss. de odoratu, ejusque laesione. Basil. 1687.

— (19) Diss. de odoratu, ejusque praecipuis laesionibus, coryza, polypo, et ozaena. Witeb. 1698.

(20) Diss. de odoratu, ejusque laesionibus. v. Op. Vol. III. p. 92.

(21) Op. c.

(22) Λ gr. ὀσμή, odor, et α privat. Olfactus anmissio SENNETT. Chasemie HALY-ABBATIS. Gall. Perte d'odorat.

(23) Diss. de olfactu deficiente. Gryph. 1747.

(24) Diss. de olfactus ad capienda signa usu. Hal. 1752.

(25) Diss. de odoratu abolito. Altdorf. 1781.

*symptoma* constituit, nunc *per se* occurrit. Est illud nunc transitorium, nunc constans. Odotratus abolitio primaria, et constans saepe vitium congenitum sistit. Alias originem debet cerebri suppurationi (26), abscessui in processibus mammillaribus (27), lapidi in basi encephali (28), defectui nervorum olfactoriorum (29), cariei ossis ethmoidei (30), jacturae ossium nasi (31), polypo narium (32), errhinis (33), arthritidi (34), menstruis aberrantibus (35), abusui nicotianae naribus attractae (36), inprimis si ea diu in vasis plumbis conservata fuerit. De odoratu deperdito in omnibus rebus, excepta brassica muriata, et fimo, dum pro stercoreatione agrorum vehitur, legimus (37). Legimus quoque

(26) DE ROOSE in *Verhandelingen van het genootschap te Antwerpen.* I. Dec. II. 3.

(27) BONET sepulchr. L. I. Sect. XX. obs. 1.

(28) Idem ib. obs. 4.

(29) Idem ib. obs. 2. 3. 6.

(30) BALLONIUS Paradygmata. N. 7.

(31) HORNING Cista. p. 454.

(32) VOGEL in LODER's *Journ. f. d. Chir.* 2. B. p. 456. LUTZELBERGER in HUFELAND's *Journ.* 20. B. 3. St. p. 6 2.

(33) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 5. obs. 151.

(34) J. P. FRANK Epitome. L. V. p. 132.

(35) LENTIN *Baobachtungen einiger Krankh.* 1. B. obs. 8.

(36) WEISIUS *tetras* dissert. etc. N. III. p. 70.

(37) Cum multum intersit, ut medicus odoratum exquisitum,

olfactum amissum brevi ante mortem restitutum fuisse (38). Auxiliandi facultas a varia mali caussa determinatur:

*Olfactus acutus.*

3. Infantes, puerperae (39), hystericae, homines in somniatione magnetica constituti *olfactu* adeo *acuto* instrui solent, ut ad odores paullulum fortiores, iuprimis ex genere ambrosiaci, et fragrantis perferendos sine gravibus saltem incommodis, ut cephalaea, vertigine, lypothimia plane impares evadant. Cujus rei praesertim medici in medicamentorum potissimum exterritorum praescriptione memores sunt. Caeterum de odorum in corpus humanum vi abunde physiologia, et pathologia docet.

*Olfactus perversus.*

4. Si odor, licet absens, percipi credatur,

digitosque omni spurcitie immunes habeat, fugiat quaeso nicotianam attrahendi consuetudinem!

(38) GREYEL in Misc. nat. cur. Dec. III. an. 5. et 6. p. 368.

(39) Praesertim in Italia odores suaveolentes in puerperio pro lethibus habentur, nec crederem, id semper praeconcepiae opinioni adscribendum esse. Enim vero si aliarum gentium puerperae a rebus suaveolentibus nullum capere solent detrimentum, memores esse juvabit, flores (quos maxime Italae timent) in regionibus septentrionalibus longe minus principii odoriferi exhalare.

aut si in odoribus virosis, et foetidis oblectamentum inveniatur, *olfactus perversus* dicitur. Hallucinationi sensus olfactus occasionem praebent peculiaris systematis nervosi conditio, imaginatio, tumores nervos olfactorios comprimentes (40), laesiones capitis (41), vermes intestinales, inprimis *taenia*. Verum, cum olfactu subtilissimo instructi odorem vulgum effugientem quandoque sentiant; non omnis odoris perceptio inconsueta illico pro hallucinatione declaranda est. Inter memorabiles odorum revera absentium perceptiones spectant illae terrae fracidae (42), dulcedinis (43), graminis (44), et cadaveris (45), quatenus ominosi, et praesagium mortis fuerint. Minoris momenti foetor erat menstruorum nuntius (46). Oblectamentum in odoribus foetidis praecipue maniaci, hystericae, et puerarum percipiunt, ex quo nexus conspicuum inter uterum, et narcs extare claret. Generatim odores magnum in partes geni-

(40) P. II. sect. I. C. XI. §. X. N. 12.

(41) PELARGUS medicin. Jahrgange. 5. B. p. 151.

(42) Ephem. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 144.

(43) Ib. Dec. III. an. 7. et 8. obs. 65.

(44) PAULLINI Cent. III. obs. 74.

(45) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 9 obs. 3 $\frac{1}{2}$  59.

(46) GOELICKE obs. phys. med. chir. N. 8.

tales exercere imperium neminem latet (\*). Quin inimico quae inter homines animadvertuntur sympathiae, et antipathiae, hae saepius effectui transpirationis unius hominis in organon olfactus alterius adscribenda esse videntur. Agnoscere enim et olfactum suas idiosyncrasias observationibus BORELLI (47), HORSTII (48), AMATI LUSITANI (49), BOYLEI (50), SALMUTHI (51), aliorumque constat.

(\*) . . . . . O fleurs !

*L'amour dont vos parfums enflamme le désir,  
Souvent par vos bosquets étendit son empire.*

FONTAINES

(47) Cent. IV, obs. 1. (*Casei odor veluti venenum egit*).

(48) Annor. ad L. Lemu. (*Familiae integræ malorum odium innatum erat*).

(49) Referente KRAMER in diss. de idiosyncrasia. Helmst. 1696.  
(*Monachus, quoties rosæ odorem persentierat, animi deliquium patiebatur*).

(50) THONETUS L. I. obs. Sect. de febr. interm. (*Nobilis Anglus a rosarum odore adeo abhorruit, ut cum illi dormienti rosa genis imposta fuerit, pustulae statim exortae sint. Virgo ex melle rosato per clysmata injecto lethalia symptomata incurrerat*).

(51) Cent. III. obs. 71. (*servus carnificis pharmacopolium ingressus, odorem fragrantem percipiens animo licet non nisi ad cloacam deductus restitui potuit*).

## §. L.

## DE STERNUTATIONE.

*Definitio.*

1. Violenta, sonora, et subita aëris ex pulmonibus per nares, et per os excussio *sternutationem* (52) constituit.

*Scriptores.*

2. De sternutatione ut *symptomate* HIPPOCRATES (53), GALENUS (54), AETIUS (55), AVICENNA (56), LIEUTAUD (57), aliquie (58) scripsere. Sternutationis vero morbum per se constituentis exempla memorabilia apud AMATUM LUSITANUM (59), CARDANUM (60), BENEDICTUM (61), FORESTUM (62), et HORSTIUM (63) legun-

(52) Gr. *κτύπως* Gall. *Éternuement*. Germ. *das Niessen*. Angl. *Sneezing*. Pol. *Kichanie*.

(53) Progn. §. 13. et coac. §. 3.

(54) Lib. II. de sympt. caus. C. 4.

(55) Tetrab. II. serm. 2. C. 97.

(56) Canon. L. III. Fen. 5. Tract. 12. C. 13.

(57) *Précis T. II, sect. 2. p. 107.*

(58) P. I. C. VI. §. LXV. 3.

(59) Gent. IV. Cur. 3.

(60) Lib. IV. Aph. 45.

(61) Lib. IV. de curand. morb. C. 4.

(62) Lib. X obs. 127.

(63) Opp. Lib. V. obs. 51.

tur. Praeterea monographiarum de sternutatione auctores sunt MERLET (64), SCHOOK (65), ALBERTI (66), BIRNBAUM (67), FAUSTIUS (68), M. HOFFMANN (69), EYSELIUS (70), UNZER (71), PORTA (72) BUCHNER (73), FASELLUS (74), SIDREN (75), LEEMPOEL (76), et METZGER (77).

*Variae species.*

3. Sternutatio dividenda est in *accidentalem*, *symptomaticam*, et *primariam*.

*Sternutatio accidentalis.*

4. *Sternutatio accidentalis* in homine abso-

- (64) Estne sternutatio naturalis actio? Paris. 1654.
- (65) De sternutatione. Amstel. 1664.
- (66) Diss. de sternutatione. Lips. 1671.
- (67) Diss. de sternutatione. Lips. 1672.
- (68) De sternutatione. Argent. 1688.
- (69) Diss. Ptarmographia physiologico-pathologica therapeutica Altd. 1710.
- (70) Diss. de sternutatione praeternaturali. Erf. 1716.
- (71) Diss. de sternutatione. Hal. 1748.
- (72) Diss. de sternutatione. Basil. 1755.
- (73) Diss. de sternutationis cœmodis, et incommodis. Hal. 1757.
- (74) Diss. de caussis sternutationis, ejusque effectibus. Jen. 1765.
- (75) Diss. de sternutatione. Upsal. 1779.
- (76) Diss. de sternutatione. Lovan. 1788.
- (77) Diss. de sternutatione. Regiom. 1796.

lute sano, recens nato non excepto (78), a caussis transitoriis, e. c. a radiis solaribus (79), praesertim per nivem repercussis, ab aera frigidiuscula, a pulvere arenae, calcis, nicotianae, ab errhinis, a sinape, aliisque rebus aeribus ore incaute ingestis (80), a peculiari idiosyncrasia (81), aut antipathia (82) etc. oritur. Talis sternutatio insons est, et recens natis salutaris (83) ita, ut mos sternutantibus salutem apprehendi, certe antiquissimus (84), facile intelligi possit (85).

(78) De sternutamento recens natorum. Lege STORCH *Kinderkrankh.* 1750 1. Th. 4. 14 sq.

(79) Ob nexum rami nasalis quinti paris rami primi cum ganglio ophthalmico.

(80) Per nervum naso-palatinum a ramo secundo paris quinti.

(81) Puellam cognovi, quae ab infusionis coffeeae tostae habitu constanter sternutare cogebatur. Legitur de sternutatione a cerevisia (in Eph. N. C. Dec. II. an. 6. obs. 93.), a vino hispanico (ib. an. ao. obs. 191.), et a comestis cancris (ib. an. 4. obs. 25.).

(82) HOEPER Herc. med. L. I. C. 7.

(83) Liberantur enim sic nares a muco plurimas molestias procreante.

(84) HOMER. Odyss. XVII vs. 541. Ad quem locum EUSTACHIUS p. 647. « Augurium enim tunc veteribus erat sternutatio. Nam caput praecipua pars hominis, ex qua tale signum proditur. Propterea etiam sternutans salutabatur. Cfr. HERODOTUM hist. L. VI. C. 107. qui de HIPPIA DARII copias ad Marathonem disponente agens sic pergit » : Ei

*Sternutatio symptomatica.*

5. Sternutatio ut *symptoma coryzae*, februm catarrhalium, dentitionis, morbillorum, morborum diaphragmatis (86), tussis convulsivae (87), et leprae (88) neminem latet. Pro re nata boni, aut mali ominis sternutatio est; boni scilicet, si in februm acutarum statu sine malorum societate (\*), et in primis, ut epistaxeos praesagium accedit; porro si partui difficulti (89),

talia administranti contingit sternutatio, tussisque solito vehementior, unde, concussis ejus, ulti poterit senis plerumque dentibus unus illorum a violentia tussiendi excusus est, et in arenam delapsus, qui, magna adhibita ad inveniendam diligentia, quum tamen non appareret, suspirans HIPPAS ad eos, qui aderant, ait: haec terra non est nostra, nec eam poterimus nobis subjectam efficere; quanta autem pars ad me pertinebat deus obtinet. « Plures auctores, qui de sternutamento tanquam omni apud veteres habitu diversa opinati sunt, laudat STURZUS in lexieo Xenephonteo.

T. III. p. 756.

(85) RAHN. Diss. de more sternutantibus salutem appreendi, ejusque origine. Tugur. 1742.

(86) MICHAELIS in RICHTER's chir. Bibl. VI. B. p. 730.

(87) STORCH I. c. p. 418.

(88) « Et appetit in anhelitu strictura . . . et multitudi in sternutatione ». AVICENNA Lib. Can. IV. Fen II. C. 2.

(\*) GALEN. in progn. Com. II. T. 49. p. 779. LIEUTAUD Précis. T. II. Sect. 2. p. 107.

(89) HIPPI. Aph. V. 35.

convalescentiae (90) superveniat. Cephalaeam periodicam, cuius paroxysmi constanter sternutatione solvebantur (91), observavimus. Timemus sternutationem, ubi in febribus, et inflammationibus viscerum, praesertim autem in pulmonum exulceratione (92), in senibus (93) herniosis, et gravidis obvenit; metus enim hic est, ne sincopem, convulsiones, hemiplegiam, caecitatem (94) inducat. Numerare sternutatum, ut FORESTO placuit, indeque vaticinari, ad praecognituras opiniones spectare videtur.

*Sternutatio primaria.*

6. Morbus sub forma tantum sternutationis aliquando periodice (95) obveniens rarus est, nobisque nunquam eo in gradu visus, ut in fastis medicis descriptis invenitur (96), e. c. tercenties in uno paroxysmo (97). Ad caussas tam effrenis sternutamenti revocantur corpora peregrina in naribus haerentia, e. c. larvae inse-

(90) CELSUS de med. T. II. 3. p. 49.

(91) In virg. in monasterio ord. Basil. habitante.

(92) HIPPO. progn. §. 13. p. 459. et Coac. §. 3. 561.

(93) CARDANUS l. c.

(94) LIEUTAUD l. c. p. 167.

(95) Eph. nat. cur. Cent. V. obs. 19.

(96) Praeter auctores supra allatos. v. Eph. nat. cur. Dec. I. an. 4. obs. 25. 141, an. 6. obs. 12, an. 9. obs. 26.

(97) Ibid. Dec. I. an. 3. obs. 138.

ctorum (98), frustum ligni (99), pilulae (100) etc., reconditum vitium catarrhale (1), laesiones capitis (2), vapor calcareae fornacis (3), odores fortes (4), vitia abdominalia (5), haemorrhoides (\*), menischesis (6), graviditas (7),

(98) PAULLINI Lanx sat. Dec. 17. obs. 7. CARPI in HARLESS *Jahrbucher*. 1. B. 1. Heft.

(99) BENED. l. c. de quodam Graeco narrat, qui vulneratus circa tempora per sagittam, post annos viginti quinque, concitatis supra modum sternutamentis. e naribus sagittae frustum digiti medii longitudine ejecit.

(100) Male deglutitae ita, ut per choanas ad nares pervenerint, et praeter convulsiones effreni sternutationi locum dederint. v. VOIGTEL l. c. p. 122.

(1) FORESTUS L. III. obs. 127.

(2) Eph. nat. cur. Dec. I. an. 3. obs. 138. post partum difficilem recens natorum sternutatio haud rara.

(3) Breslauer Samml. 1725. 2. B. p. 82.

(4) Recens nati, qui in cubiculis rebus suaveolentibus repletis degunt, in sternutamentum incidere solent, quod relate ad majoranam STORCH jam monuit l. c. p. 416.

(5) Per nervum intercostalem, quatenus a vidiano ramos quoque nasales superiores largiente descendit, et ad plexum solarem formandum coneturrit.

(\*) Sternutationes hoc ex fonte plures mihi obvenieunt, nec praedecessores imperium haemorrhoidum in nares latuit, uti videre est ex ALBERTI Diss. de excrescentia nasi cum haemorrhoidum anomaliis connexa. Hal. 1729.

(6) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 8 obs. 125.

(7) Ib. Dec. III. an. 5, et 6. obs. 183.

impetigo retropulsa (8), iuprimis praedisponente vitio haereditario (9). Quanto cum periculo et hujusmodi effrenes sternutationes contingent, caecitas, et abortus inde orta (10), totque casus lethales docent (11). Plerumque tunc vasa encephali disrupta, vel saltem turgida inveniuntur (12). Quandoque spontanea epistaxis effreni sternutamento finem imposuit (13). Patet hinc, indicationem generalem in eo consistere, ut impetus sanguinis a capite per phlebotomiam e pede, per pediluvia, per lenia alvum evacuantia, et per clysteres avertatur (14): utqne vasa nasi, admotis ibi hirudinibus, depleantur. Sternutatio a latente vitio catarrhali, lac tepidum saepius per nares attrahendo debellatur (15). Valet pro eodem usu et *mucilago semi-*

(8) Act. nat. cur. Vol. IX. obs. 43.

(9) Eph. nat. cur. Dec. III. an. 5, et 6. obs. 138.

(10) HILDANUS (P. II. p. 395.) de puero 14 annorum narrat, qui sponsionis gratia nares adeo irritavit, ut centenas illico sternutationes passus sit, subsecente caecitate.

(11) BONET sepuler. L. I. sect. XX. obs. 17. FABR. HILA. Cent. IV. obs. 12. LANCISIUS de subit. morte p. 34. MORGAGNI op. c. Ep XIV. N. 26, 27, 28.

(12) MORGAGNI de sedē et caus. morb. Epist. XIV. Art. 27.

(13) RIEDLIN lin. med. 1695. p. 148.

(14) Quam utilis medendi ista ratio sit, casus AMATI LUSIT. (l. c.) docet.

(15) Memorabile hujus generis exemplum FORESTUS narrat.

*num cydoniorum, et oleum amygdalarum dulcium* (16). Celebrantur quoque *emplastrum ex medulla cucurbitae, farina hordei, portulaca, ovorum aliquot vitellis, oleo rosarum, et aceto capiti* (17), aut saeculi ex herbis aromaticis vertici (18) impositi. In sternutationibus nimis recens natorum *fumus ligni aloës accensi gossypio suscepitus, et vertici calide admotus plus vice simplici profuit* (19). Sternutatio a frictione gingivarum cessasse visa est (20). Conatus effrenes sternutandi compescunt odor opii naribus exceptus, ipsius etiam tinturā naribus inspirata, litus ex butyro, ligaturae, et frictiones extremorum, graves nnneii, animi intensio (\*). Sternutatio effrenis ab insectis naribus contentis *emetico fugata* est (21).

(16) HORSTIUS I. c.

(17) AMATUS LUSITANUS I. c.

(18) HORSTIUS I. c. Act. med. Ber. Dec. II. Vol. 10.

(19) LENTILIUS in Eteodr. p. 568. 1045.

(20) A GEHEMA Decas observ. med.

(\*) Rarissime, sin unquam, actores theatrales in scena sternutant.

(21) CARPI I. c.

## CAPUT XI.

## DE CORYZA.



## §. LI.

## DEFINITIO. LITERATURA. DIVISIO.

*Definitio.*

1. **A**ffectio inflammatoria membranae mucosae cavitatum nasalium cum obstructione narum, sternutatione, defluxione pituitae, aut humoris tenuis, limpidi, acris, aut puriformis, plerumque cum odorum, et saporis perceptione imminuta, dolore capitis gravativo, et tinnitus aurium, socia haud raro febre, *coryza* (22) dicitur.

*Literatura.*

2. Doctrinam coryzae magni momenti habuit HIPPOCRATES (23). Exeniplum illius secuti sunt principes medicorum. Egenus autem est catalogus monographiarum. Spectant solum hoc opus.

(22) Α gr. *Κόρυζα*. Lat. *gravedo*, *catarrhus ad nares*, *des-tillatio*. Germ. *Schnupfen*, *schnuppen*. Gall. *Rhume de cerveau*. Angl. *A cold*; *catching cold*. Pol. *Katar*.

(23) Locis citandis.

scula SCHNEIDERI (24), WEDELII (25), FRANCI (26), CAMERARII (27), SCAPERI (28), BELGERI (29), LANGII (30), et SWIEDERSKII (\*).

*Divisio.*

3. Morbus, de quo agitur, quoad sedem dividit solet, in coryzam 1.<sup>o</sup> *narium*; 2.<sup>o</sup> *sinus frontalis*; 3.<sup>o</sup> *antri maxillaris*, et 4.<sup>o</sup> *sinus sphaenoidalnis*. Quibus in speciebus peculiariter describendis J. P. FRANK vestigia legemus (31).

## §. LII.

## S Y M P T O M A T A.

*Coryza narium.*

1. *Coryza narium* orditur sensu siccitatis, plenitudinis, tensionis partis affectae cum oculis

(24) De catarrhis l. V. sect. I. C. I., et diss. de osse cribri-formi. Witeb. 1655.

(25) Diss. casus laborantis coryza. Jen. 1673.

(26) Diss. de coryza. Heidelb. 1685.

(27) Diss. I. et II. de coryza sicca, Tub. 1689.

(28) Diss. de coryza. Rostoch. 1711.

(29) L. c.

(30) L. c.

(\*) Diss. de coryza. Vilnae 1819.

(31) Epit. de curandis hominum morbis, L. V. P. I. p. 107,

subturbidis, languidis, rubellis, suffusis, voce obtusa, nasali, ac odorum, et saporis perceptione imminuta. Accedunt sternutatio frequens, et molestia, saepeque horripilationes, intercurrente hinc inde calore fugaci. Sequitur effluvium copiosum indecorum liquidi serosi, calentis, acris, quod ex naso destillans, ac muco e faucibus ejecto mixtum saporem linguae salinum, saepe phosphate sodae similem imprimit. Narium pars ima, et labium superius rubeantur, et ardent. Interea mucus illarum, ac ductuum, saccorumque lacrymalium interna membrana turget, et aëri non minus ad nares ingressum, quam lacrymarum ad illas descensum praecludit. Devolvuntur hinc per genas, et spiritus, nisi ad aperto ore, difficulter ducitur. Infantes teneri multum inde patiuntur. Hand raro malum ad fances expanditur, quo loco mucus ab aëre inspirato sub somno in lemas, aut crustas exsiccatus irritationem adauget, et levem simul deglutitionis sub opere dolorem inducit. Generatim in graviori malo accedunt capitis obnubilatio, gravitas, aut dolor frontis sat molestus, non sine febre notas inflammatorias, in primis horis vespertinalis exhibente. Senes facile soporosi evadunt, et infantes, ut aliquoties videtur, a convulsionibus corripiuntur. Recens nati neque obdormire, neque ubera sugere va-

lent. Curriculum morbi plerumque ad septimum usque diem extenditur. Eo versus, sine n ver gente, loco seri pellucidi, liquidum paullo crassius, mucosum, ac tandem genuina lympha coagulabilis, alba, flava, viridis, interdum cum striis sanguineis facili opera emungitur: ac pristina odoris, saporis, spiritusqne integritas non sine magno levamine, ac ingenii promptioris sensatione restituitur.

*Coryza sirus frontalis.*

2. *Coryza sinus frontalis* sensu tensionis, plenitudinis, caloris interni, et doloris nunc obtusi, nunc acuti, lancinantis, a nasi radice per unius, vel utriusque superciliī regionem extensi cum hemicerania, cephalalgia, oculorum rubore, et lacrymatione, et febre plus minus obvia stipatur.

*Coryza antri maxillaris.*

3. *Coryza antri maxillaris* loco dentibus oculoqne intermedio haec dicta symptomata gignit. Practerea narium cavitas loco affecto respondens siccescit, aut emunctionis sub opere cum doloris incremento, nil muci excernit. Gena ejusdem lateris pallide tumet, calet, aut rubore suffusa est, dentesque hic sub mandibulatione, vel attactu obtuse dolent, gingivae calent, rubentqne. Nec palati ad fornicem ubi-

que pressionis desunt, aut ponderis, tensionis, molesta symptomata. Versus finem vergente morbo saepe ultra hebdomadem unam, alteramve protracto, sub capitis, in primis in latus sanum conversione pituita viscida, glutinosa, nunc alba, flava, subviridis, nunc puriformis ac striis cruentis notata, interdum sat foetida, et densa saepe cum impetu prosilit, ac pristina restituitur sanitas. Non ita, si morbus non resolvatur, de quo argumento infra.

*Coryza sinus sphenoidalis.*

4. *Coryzae sinus sphenoidalis*, utpote morbi tam reconditi, nec dum indicare audemus symptomata.

§. LIII.

CAUSSAE. DIAGNOSIS.

*Caussae.*

1. Ad coryzam *praedisponunt* aetas infantilis, consuetudo caput nimiis velamentis obducendi, alvi obstructio, haemorrhoides (32), erysipelas habituale in locis consuetis haud evo-

(32) Saepe miratus sum, saltem in regionibus septentrionalibus, quanta sit hominum haemorrhoidibus laborantium in coryzam proclivitas.

lum (33), menstruatio (\*), sanguinis (34), aut seminis (35) jactura, et habitus arthriticus (36). *Excitatur coryza, in primis epidemica, a causis febrium catarrhalium (37), ut sunt tempus vernum, et hiemale (38), aestas sicca, aquilonia, et subsequens autumnus pluviosus, et austri-nus (39), vel aquilonius siccus (40), itemque subitae, et repentinae aëris ex calido in frigidum mutationes. Coryzae sporadicae potissimum ansam porrigunt humectatio, atque refrigerium*

(33) Caussas crysipelatis facile naribus infensas esse, ipse in Lithuania vulgus non ignorat.

(\*) Feminas novi nullas, quae caussis coryzam excitantibus sese sat impune exponere poterant, dummodo id extra catameniorum tempus fieret.

(34) Qui venaesectionem sibi, vel scopo prophylactico, vel ob morbum qualemeunque leviorcm institui, vel haemorrhoides aperire curant, mox postea, minima data occasione, in coryzam incident.

(35) Nocte veneri consecrata, subsequente mane coryza in plurimis inevitabilis.

(36) Quanti sit diatheseos arthriticae in coryza gignenda imperium! docuerunt STOLL (Ratio medendi. Vol. 3. p. 44). FRANK (l. c. p. 132.) et BARTHEZ (Abhandl. Gichtkrankh. 2. B. p. 282.).

(37) P. I. Vol. I. §. LVI. 5.

(38) HIPP. Aph. 20. 23. sect. 3.

(39) Aph. 13. sect. 3.

(40) Aph. 14. sect. 3.

pedum, et manuum (\*), positio incunabulorum prope fornacem, afflatus aëris aestuante corpore susceptus, itinera nocturna, et sub solis aestu suscepta (41). Speciem coryzae consensualis, et localis gignunt dentitionis opus, odontalgia, pulvis arenae, et nicotianae, et corpora peregrina in naribus nidulantia (de quibus plurima in capite sequenti), vapores acidi muriatici oxygenati, et incipiens polypus. Caussam proximam coryzae in affectione inflammatoria membranae mucosae cavitatum narium posuimus (42).

#### *Diagnosis.*

2. Scholae quondam *coryzam* a *gravedine* distinguabant, quod in illa materies serosa, tenuis, acrisve, in hac autem tenax pituita sub dolore gravativo effluat. Quin immo et de *coryza sicca* quaestio erat. Verum cum variae illae coryzae formae solum gradu, et tempore inter se differant, nil interest, ut distinguantur. E contrario juvat coryzam in *symptomaticam*, et *primariam*, atque in *simplicem*, et *com-*

(\*) Qui ad coryzam dispositi sunt, in illam saepe incident, dum linteal vel chartam humidam (e. c. folia publica vic typis commissa) manibus perfractant.

(41) Coryzam sane ad *morbos peregrinatorum* revoco.

(42) Cfr. *Definitio coryzae*.

*plicatam* dividere. *Coryza symptomatica* in febribus typhoideis (43), catarrhalibus (44), in variolis (45), scarlatina (46), et maxime in morbillis (\*) obvenit. Cum affectio narum istorum morborum initia comitetur, cavendum, ne malum praecipuum praetervideamus, quem errorem, centies relate ad typhum, locum habuisse vidimus. Nec ignorandum, coryzae symptomata nonnullis in *morbis chronicis*, e. c. in lue venerea, in plica obvenire, unde caute judicandum. Nil facilis diagnosi *coryzae primariae*, in primis si de illa narum, eaque simplici agatur. Interea *simplex* tunc solum coryza expectanda est, dum ea hominem caeterum absolute sanum aggrediuntur; quoties enim coryza in scrophulosis, arthriticis, syphiliticis, et plicosis evolvitur, in primis si flocci pendatur, toties gravioris, valdeque complicati morbi periculum urget (47). E contrario fit etiam, ut simplex coryza tum in infantibus, tum in adultis systemate nervoso

(43) P. I Vol. I. § XLIX. 1.

(44) L. c. §. LXV. 3.

(45) P. I. §. LXIV.

(46) Ibidem §. XLVIII.

(\*) Ib. § LIV.

(47) Cfr. Cap. seq.

valde excitabili praeditis gravissimi, et implicati morbi exhibeat faciem (48).

## §. LIV.

### PROGNOSIS. CURA.

#### *Prognosis.*

I. Coryzam haud semper ad morbos levioris momenti pertinere HIPPOCRATES paucis indicavit verbis, ubi ait: «Raucedines, et gravedines in valde senibus non coquuntur (49). Cujus aphorismi optimum commentum SWIETENIO (50) debemus. Adhuc, quam in senibus, coryza *infantibus* fatalis esse solet; ac procul dubio convulsiones, quae inde excitantur, *encephalitidi* adscribendae sunt (51). Ex tali encephalitide *hy-*

(48) Morbos varios nervosos remediis antispasmodicis rebelles, detecta latente coryza, ut omni malorum fonte, facile fugavi. Certe nil miri, caussam nervos narium irritantem universum systema nervosum in consensum trahere.

(49) Aph. 40 sect. 2.

(50) §. 69. N 6. in BOERHAAV.

(51) Vere an. 1818. ad puerum triennem vocatus sum, qui, praevia per duos dies coryza, sub qua vegetus, ac serenus deambulabat, illico in terribiles convulsiones cum lethargo inciderat. Jam alter medicorum ad oxydum zinci, moschum, valerianam etc. confugerat. Cum vero singula mala affectioni inflammatoriae cerebri e coryza evolutae adscripscerim, phar-

*drocephalum acutum* evolvi posse , observatio Patris mei docet (52). Generatim eoryza sequentes agnoscit exitus : 1.<sup>o</sup> *resolutionem* : 2.<sup>o</sup> *suppurationem* , et *exulcerationem* , et 3.<sup>o</sup> ( in sinubus frontalibus , et antro maxillari ) *hydropem acutum* , qui , quum vix a suppuratione partium istarum distingui possit, etiam in eap. *de ozaena* absolvetur.

*Cura.*

2. Ut habitualis coryza evitetur , caussarum ad eam praedisponentium ratio habenda. Generatim auxilia , quae crurorem a capite revellunt , et , si agatur de homine plethorico , ea , quae illius copiam imminuunt , circa aequinoctia inprimis , in usum ducenda sunt. Curatio ipsius morbi iis innititur indicationibus , quas in febre catarrhalis

maca illa , quotquot erant , seponenda esse , et in methodo antiphlogistica , et quidem potissimum in hirudinibus ad caput , et sinapis ad suras auxilium quaerendum esse suasi. Atque sic infans illico ab orei faucibus eruptus est.

(52) L. c. p. 139: « Conspicimus virum , cui a narium catarrho per duos fere menses protracto , vehementer obseveritas visus , aurium susurrus , loquelae difficultas , circuli calvariam cingentis sensus , tremor maxillae eum epileptio insultu sat frequente , ac cruris , manusque e latere sinistro debilitas conspicua , quin alia istorum causa apparuerit , non sine aquae in cerebri ventriculis collectae metu , tuec esserant ».

(53) posuimus. *Coryza narum*, praescripto debito regimine diaetetico, sat tuto naturae committitur, non ita *coryza* sinis frontalis, aut antri Hyghmori. *Enim* vero hic sine omni temporis jactura *resolutio* affectionis inflammatoriae, nisi venae sectione, hirudinibus, vel ad nares, et tempora, vel retro anres, et ad gingivas applicitis obtainenda est. *Quocumque* in graviori *coryzae* casu, sedato impetu inflammatorio, sinapis, aut unguentum, vel emplastrum cum tartaro emeticico nichil admoveri debet. *Caute* vero cum rebus naribus attrahendis incendum (54), et nonnisi emollientibus locus est. *In coryza infantum* crustaes nares occludentes primum lacte nutricis emolliendae, dein ope acus ad extremitatem alteram nodo munito, delieate removendae sunt. *Narium* externae superficies vel *sebum*, vel *butyrum majoranae*, vel *oleum ovorum* (55) illinuntur. *Coryza* rebellis in homine huc quadam contaminato secundum principia in capite *de ozaena*, et *blennorrhoea* *nasi* tradenda curantur. Ibi et de insectis, aliisque corporibus extraneis naribus contentis respectu therapeutico sermo erit.

(53) P I § LXVI.

(54) Plurima pharmaca, quae gustui nostro mitissima apparent, si naribus immittantur, vehementer irritant.

(55) ROSENSTEIN *Kinderkr.* 2. *Ausl.* p. 40.

## CAPUT XII.

## DE OZAENA, ET BLENNORRHOEA NASI.

~~~~~

## §. LV.

## DEFINITIO. LITERATURA. DIVISIO.

*Definitio.*

1. **U**lcus cavitatum narium *ozaena* (56) dicitur. Nomine *blennorrhoeae nasi* effluxus matterie puriformis e naribus sine evidenti laesione continui, unius secretionis morbosae effectus designatur.

*Literatura.*

2. Praeter auctores morbos cavitatum narium (57), et coryzam (58) illustrantes, de ozaena scripsere: ROST (59), VOET (60), WEIS (61), et BOTTCHER (62).

(56) A gr. ὄξω, oleo. Gall. *Ulcère du nez, punaisie.* Germ.

*Nasengeschwur.* Pol. *Wrzod w nosie.*

(57) Cap. X. § XLVIII. N. 1.

(58) Cap. XI. §. LI. N. 2.

(59) Diss. de ozaena. Altd. 1711.

(60) Diss. de ozaena. Lugd. Bat. 1725.

(61) Diss. de ozaena, et polypo narium. Vien. 1782.

(62) *Abhandlung von den Krankheit. der Knochen, Knorpel und Sehnen.* Konigsb. 1787. 3. Th.

*Divisio.*

3. *Ozaena* triplici sub respectu dividitur, scilicet: 1.<sup>o</sup> respectu *loci* in ozaenam narium, sinuum frontalium (63), et maxillarium (64); 2.<sup>o</sup> respectu *indolis* in traumaticam, catarrhalem, metastaticam, scorbuticam, scrophulosam, arthriticam, venereum, carcinomaticam, plicosam, et

(63) SCHNEIDER Diss. de osse frontis. Viteb. 1650. RUNGE de morbis praecipuis sinuum ossis frontis, et maxillae superioris. Rintel. 1758. in HALLERI coll. disp. chir. T. I. N. XI. *Mém. de l'Ac. R. de chir. T. IV.* BLUMENBACH prolus. anat. de sinibus frontalibus. Goett. 1779. WELGE de morbis sinuum frontalium. Goett 1788. RICHTER obs. chir. 1770. Fasc. II, et comm. soc. Goelt. Vol. III, nec non *Aufangsgr. d. Wundarzneyk.* 2. B. p. 375. BOETTCHER I. c. p. 176.

(64) RUNGE, BOETTCHER I. c. COWPER de morbis sinus maxillaris in JACOB DRAKE Anthropol. nova. Lond. 1707. BORDENAVE *Précis d'obs. sur les maladies du sinus maxillaire.* v. *Mém. de l'Ac. de chir. T. II.* p. 329. BEAUPREAU *Leître à Cochois sur les maladies du sinus maxillaire.* Paris 1769. FR. HOFFMANN diss. de fistula maxillari. Hal 1735. op. suppl. II. Vol. 2. p. 559. VEYLAND diss. de ozaena maxillae cum ulcere fistuloso ad angulum oculi internum complicata. Argent. 1771. v. WEIZ vollstand. *Auszuge aus d. best. chirurg. Disputationen.* SIEBOLD de insol. max. sup. tumore, aliisque ejusdem morbis. 1776. SOURDAIN traité des maladies de la bouche, et des opérations vraiment chirurgicales de la bouche. Paris 1778. LEINICKER diss de sinu maxillari, ejusque morbis. Wirceb. 1809.

leprosam; 3.<sup>o</sup> respectu partium affectarum in simplicem, et complicatam, cum carie nempe ossis turbinati, ethmoidei, sphenoidae, nasalis, vomeris, palati. Quarum divisionum primae et *blennorrhagiae nasi* adaptari possunt.

## §. LVI.

### OZAENA TRAUMATICA.

*Variae species.*

1. *Ozaena* a violentiis externis (65), vel ab irritamentis mechanicis orta, dicitur *traumatica*. Ad res mechanice nares irritantes spectant vermes, et insecta tum in sinibus frontalibus, tum in naribus ipsis (66), tum in antro High-

(65) DOERNER in SIEBOLD *Samml. chir. Beobacht.* 1. B. p. 138.

(66) LITTRÉ *Hist. de l'Ac. des sc. an.* 1708. p. 42. MALOET ib. an. 1733. p. 34. HENKEL *Eph. nat. cur.* D. III. an. 3. obs. 141. GAHRLEB *act. nat. cur.* Vol. III. obs 110. BARTHOLIN. op. c. *Cent. I. hist.* 64. T. I. p. 112. TULPIUS obs. L. IV. C. 12. p. 299. *Tab. 7. fig. 3.* BENIVIENI *de ab. ditis morborum caussis.* Flor. 1507. C. 100. FOREST. obs. et cur. med. L. XXI. obs 28. p. 153. BLUMENBACH I. c. §. 8. p. 24. SANDIFORT *Exerc. ac.* L. II. C. 17. ejusd. obs. an. path. L. 3. C. 10. p. 123. FLOCKET *Trans. of Phil.* 1793. Vol. I. p. 1. SALZMANN *Diss. de verme naribus ex- causo.* Argent. 1726. in HALLESI *disp. pract.* Vol. I. N.

mori (67) nidulantia : porro nuclei cerasorum (68), glandes plumbeae (69), fusi (70), lapilli (71), et grumi sanguinis (72) ibi locum inventoria. Ozaena traumatica antri Highmori in primis a morbis dentium, e. c. ab odontalgia (73), et maxime a carie dentium molarium superiorum (74), eorumque incauta extractione

25. MORGAGNI aduers. anat. VI. animad. 90. de sed. et caus. morb. Ep. I. 9. WOHLFART obs. de vermis per narres excretis. Hal. 1768. HILL chir. Beob. Leips. 1777. Cfr. P. I. Vol. I. sect. I. C. II. §. IX. 2.

(67) HEYSHAM in *medic. communications. Vol. I. N. 30.*

(68) MECKEL *neues Archiv d. pr. Arzneyk. I. B. N. 12.*

(69) Eph. nat. cur. Gent. X. obs. 80. RAVATON *chirurgie d'armée* etc.

(70) HALLER opusc. pathol. obs. 3.

(71) BARTHOLINUS I. c. hist. 32. T. I. p. 54. PLATER prax. Basil. 1635. Fr. B. C. 15 HORSTII obs. L. IV. obs. 47. op. T. II. p. 240. Misc. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 26. Dec. II. an. 3. obs. 79. Dec. III. an. 5, et 6. obs. 46. an. 9, et 10. obs. 145. Commerc. lit. Nor. 1732. p. 46. *Mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. I. SCHURIG lithol. C. 2. §. 8, p. 101.* CLAUDER misc. nat. cur. Dec. II. an. 3. obs. 97. p. 176. Summopere memorabilis est historia lapidis ponderis drachmarum dnarum ex lapsu mari intrusii, per 17 annos ibi delitescens ozaenam excitantis, et tandem feliciter extracti ( RITTMEISTER in HUFELAKD's *Journ. 1817. Nov. p. 133.*):

(72) VOIGTEL I. c. p. 122.

(73) LENTILIUS Eteodromi. p. 58.

(74) RICHTER I. c. 9. Kap. §. 423.

(75), nec non a vulneribus genae (76) oritur, Ozaena narium, et sinuum frontalium traumatica maximie dolorifica est, et aliquando anosmia, jactura loquela, convulsionibus, et delirio stipatur. Methodum iis occurrenti, chirurgiae potius quam medicinae argumentum, quatenus ad nos spectat, alibi (77) descripsimus.

## §. LVII.

### OZAENA CATARRHALIS.

#### *Definitio.*

1. Abscessus cavitatum nasalium ex praevia coryza ozaena dicitur *catarrhalis*.

#### *Ozaena catarrhalis narium.*

2. In *ozaena catarrhali narium* proprie dictarum, praevia coryza rebelli neglecta, aut male curata, olfactus magis magisque laeditur, ac pus plerumque cruentum e naribus stillat, aut emungitur. Matutinis horis crustae densae nares obturant, quae ab aegro impatiens vi extractae ichori liberum nunc concedunt curri-

(75) Eph nat. cur Dec. II. an. 6. obs. 233. VOGEL *Beobachtungen* p. 238. RICHTER l. c.

(76) RICHTER l. c. §. 424.

(77) P. I. C. II. §. XII. 12.

culuni. Temperiei mutationes, in primis frigus aegre ab illo feruntur. Apex nasi ut plurimum intumeseit, rubet, ac in in primis sub emunetionis opere dolet. Hand raro et labium superius eroditur. Sensim sensinque foetor ipsis aegrotis non minus quam aliis intolerabilis aecedit, ac gradatim augetur. Nunc eariei superveniunt non aequivoca signa, sub sequente tum erosione septi narium, tum jactura ossium. Jam et saecus lacrymalis, et oculi in consensum trahuntur. Rebus huc perductis, consueta febris heetiae signa expectanda sunt. Cadavera membranam Schneiderianam corruptam, et ve luti in ichorem foetentem solutam exhibent (78). Alias membrana ista non exeditur, sed potius luxurians exerescentiis fungosis, polyposis, steatomatosis, et hydatidibus (79) ansam porrigit, aut ipsa relaxata prolabitur, *polypus mucosus* (80). Quae singula potius *chronicae inflammationis*, quam genuinae suppurationis videntur effectus. In genere, donee certa eariei signa compareant, nisique uleeris praesentia per

(78) HOPFENGAERTNER *Beytr. z. anat. Geschichte einiger Krankh.* in HUFELAND's *Journ.* 6. B. p. 557.

(79) PALFYN *Anatom. du corps humain.* P. 4. tract. 4. chap. 15. RUY SCH obs. anat. chir. 6. BONET sepuler. L. I. sect. 17. obs. 10. app. 1.

(80) MAUCHART diss. de *hernia incarcerata.* C. II.

autopsia confirmetur, cavendum, ne *coryza chronica* fontem verac *blennorrhoeae nasi*. sistens pro ozaena declaretur. Qui morbus ibi imprimis vix probabilis est, ubi malum in homine cacterum sano, nullaque labe sive (scrophulosa, sive arthritica, sive venerca, sive plcosa contaminato locum obtinet. Quoad curam ozaenae catarrhalis simplicis, a farragine medicamentorum, et ab irritatione narium abstinentum. Nisi enim natura abscessum in sano aliunde homine ad sanationem perducat, ab artis moliminiibus parum vel nil expectamus. Sustinentur antem naturae vires congruo regimine temperatura die noctuque aequali, calidiuscula, fuga pulveris, fumi, et insectorum. Ad quem scopum consequendum naribus frustulum spongiae subtilis, saepe renovandum, immittere curramus. Aegroto, ne nares attactu, et examine excruciet, inculcamus. Puritati partium affectarum naribus decoctum malvae attrahendo studemus. Si de *blennorrhoea nasi* agatur, decocto indicato cochlearculum unum, alterumve *solutions lapidis divini* (81) addi potest. Ulceri narium obvio *laudanum liquidum Sydenhamii* ope pennicilli illinitur. In carie ossium nasalium *acidum phosphoricum*, ut decet, aqua, vel in-

fuso salviae dilutum, plus vice simpliei, saltem progressui morbi obstituit. Quorum auxiliorum vires, si dyscrasia quaedam lateret, methodo respondentie specifica sustinendae forent.

*Ozaena catarrhalis sinus frontalis.*

3. *Abscessus ex coryza sinus frontalis* ortus *ozaenae cutarrhalis* quoque obtinet nomen. Quod malum cognoscitur habita ratione coryzae prægressae doloris pulsantis, obtusi, acuti, regionis alterutrius supraorbitalis, oedematis palpebrae, ruborisque oculi lateris affecti saepe visu orbati. Nisi pus hoc in morbo sibi viam amplam ad nares paret (82), terribilis scena exspectanda. Enimvero pus, periosteum exeso, ossa ipsa emollire, distendere, erodere incipit, ac vel ablato, quod sinus frontales bipartit, sedimento, in antrum commune eos convertit (83), vel lamina sinus interna, ntpote externa imbecillior, ad cerebrum protrusa soporem, stuporem, atque, ea disrupta, apoplexiā inducit (84), vel, carie superiore in palpebram patente, hanc ipsam sanie rodente suffundit, vel demum aliam per orbitam erosam viam sibi parat, ac unum sub-

(82) BARTHOLINUS I c. Cent. III. RICHTER's *Anfangsgrunde d. Wundarzn.* 2. B. § 457

(83) SANDIFORT obs. anat pathol. L. III. C. IX. p. 122.

(84) RICHTER obs. chir. Fasc. II.

inde cum naribus, et antro maxillari cavum gignit. Quandoque in ipso sinu frontali exscentiae spongiosae pullulant. Quae si perpendantur, sponte apparet, ozaenam catarrhalēm sinus frontalis, nisi pus sponte in nares depluat, nequaquam naturae committendam, ac sine temporis jactura ad *terebrationem loci affecti* veniendum esse (85). Ne enim difficultates, quae operationem istam circumdare dicuntur (86), ab unico, quod vitam salvare potest, auxilio, absterreant (87). Quam cante in reliqua cura plane ad imperium chirurgiae pertinente, in primis relate ad causticorum usum incedendum sit, propinquitas cerebri suggerit, et doctissimus vir (88) docet.

*Ozaena catarrhalis antri maxillaris.*

4. *Ozaena catarrhalis antri maxillaris* quoad originem, et curriculum vix ab illa sinuum frontalium differt. Concludimus ad morbum illum sat frequenter obvenientem: si coryza praegressa, minime vero resoluta sit: si signa generalia suppurationis locum obtineant. Si sensus do-

(85) RICHTER I. c. §. 469 sq.

(86) LANGOUTH Pr. de sinus frontalis vulnere sine terebratione curando. Witt. 1748. HALLER coll. disput. chir. Vol. I. N. 10.

(87) BEER Repertorium etc. 2. B. p. 74.

(88) RICHTER I. c. p. 463.

loris pulsantis, lancingantis, sub decubitu in partem affectam, et sub emunctione aucti accedat: si gena rubeat tumeatque, aut maxilla vel exterius, vel palati ad fornicem prominentiam sub digitis cedentem, frigoris non ubique expertem exhibeat: si capite in partem sanam converso, vel gena extus compressa, pus seu ichor brunnei, aut atri coloris, foetidusque destillet: maxime vero si fistula, vel caries ad malam, vel ad orbitam, retro aures (89), gingivam, alveolos, palatum existat, ac si dentes hoc loco vacillent, longiores videantur, aut cariem ostendant. A symptomatibus istiusmodi vix ea, quae ab *excrescentiis fungosis* (90), *polyposis* (91), ab *osteosteatomate* (92), saepe ozaenae sociis excitantur, differunt. Antrum maxillare inde ad enorme quandoque extenditur volumen, quod et ex simplici muci puriformis

(89) POULAIN *Journ. de méd.* T. 36.

(90) PLAINAUD über e. schwammichthes Gewachs des sinus maxillaris. v. DESAULT auserl. chir. Wahrn. a. d. Fr. I. Th. Frankf. 1791. RICHTER I. c SYLVI *Recueil des actes de la Soc. de santé de Lyon l'an VI.* p. 119.

(91) RUTSCHII obs. med. chir. 77. RICHTER I. c. BOETCHER I. c. p. 167. SANDFORT mus. anat. Tab. XXX. sq.

(92) GERWEY Beob. e. Osteosteatom's der Highmorshöhle. v. RUST's *Magaz. f. d. gesammte Heilk.* Berlin 1818. 3. K. 2. Hest.

Collectione visum est (93). Patet hinc , antrum Highmori *hydropi acuto* , certe difficillime ab ozaena (a qua tamen ob absentiam abscessus toto coelo differt) distinguendo subjici. *Coryza chronica* antri Higmori potissime tunc *hydropi acuto* ejusdem cavitatis ansam porrigere videtur , dum ea coryzae narium jungitur : enim vero tunc membrana Schneideriana undique turgida ostium , per quod sinus maxillaris cum meatu medio narium communicat , facile occludit , subsequente inde siccitate cavitatis narium lateris affecti. Quocumque in casu materies puriformis , vel pus in antro maxillari detentum , nunc dente molari superiori tertio , quarto , aut et alio carioso (94) extracto , et sectis membranis , quac antrum investiunt , forsitan adhuc integris , nunc vel ad apophysin molarem (95) , vel ipsas ad genas , vel palati ad fornicem (96) , loco scilicet maxillac magis prominente inciso , educitur. Quo loco sinus maxillaris morbos cum oris cavo communicat , eo ne ciborum sub esu portio penetrat , cavendum est. Si ulcus cum carne , vel carne fungosa nascatur , illud artis

(93) BUCKELE in *Museum der Heilkunde*. 3. B. p. 130. AMMANN. ib. p. 433.

(94) MEIBOMII diss. de abscessibus internis. Dresd. 1718.

(95) LAMORIER mém. de l'Ac. de chir. de Paris. T. IV.

(96) RICHTER I. c. §. 434.

chirurgicae auxilio curetur oportet (97). Injectionem sinus maxillaris per nares (98) vix suadet RICHTER (99).

## §. LVIII.

### OZAENA METASTATICA, SCORBUTICA, SCROPHULOSA.

#### *Ozaena metastatica.*

1. *Ozaena metastatica* egregie a JOURDAIN (100), et BOURDET (1) descripta naribus , et antro Highmori addicta est. Saepe sine praevia coryza oritur. Symptomata illis ozaenae catarrhalis similia sunt. Caussae in primis in praeviis, iisque male solutis morbillis (2), variolis (3),

(97) RICHTER I. c. §. 426. Praeterea docte singulas , quae ad doctrinam istam spectant, LODER exposuit in Progr. paracenteseos sinus maxillaris historia. Jen. 1793.

(98) JOURDAIN *Mém. de l'Acad. de chirurgie de Paris. T. Edit. in 8. p. 47.*

(99, —. c. p. 436.

(100) *Traité des dépôts dans le sinus maxillaire des fractures , et des caries de l'une et de l'autre mâchoire. Paris 1760. v. HALLER bibl chir. Vol. II. p. 457.*

(1) *Diss. sur les dépôts du sinus maxillaire. Paris 1764.*

(2) WENDT *Nachricht v. d. klin. Institut v. Erlang.*

(3) DEVERS in DESSAULT *Journ. de chir. Vol. 2. N. 24. et in Journ. de méd. T. 91. p. 281.*

et blennorrhœa urethrali (\*) quaerenda. Urgente febre, ipsam periostei sinus maxillaris gangraenam cum aliis (\*\*) conspeximus. Cura, uti in ozaena catarrhali. Praeterea hic cauteriis ad brachia, instaurationi blennorrhœae, nec non usui decocti stipitum solani dulcamarae, et radicum smilacis chinæ, ac arctii lappæ locus est.

*Ozaena scorbutica.*

2. Et ozaena scorbutica exclusive antro Highmori propriâ est. Nec mirum, corruptelam oris, et praecipue gingivarum cavitati maxillæ communicari posse, quem tamen ex una ad alteram cavitatem transitum non nisi in aetate senili, si pote dentibus molaribus carente observavimus. Foetore hic obvio nullus major. Mors, superveniente quandoque gangraena (4), inevi-

(\*) A. 1820 juvñem scrophulosum in infantia saepè coryzae obnoxium curavi, qui, post neglectam, maleque curatam blennorrhœam urethram, in deterrimam ozaenam narium incidit. Levamen attulerunt decoctum sarsaparillæ, fonticuli ad brachia, aethiops antimonialis; sed sanatio fere perfecta applicatione candelarum unguento ophthalmico rubro obductarum, ac urethrae ad revocandum antiquum profluvium immissarum debetur.

(\*\*) REIMAR *Vorrede ad ANTRECHAUX von d. Pest in Toulon.* p 73.

(4) SAVIARD *nouv. recueil d'obs. de chir.*

tabilis. Cura ex therapia scorbuti abstrahenda (5).

*Ozena scrophulosa.*

3. Diathesis scrophulosa caussis ozaenarum cavitatum, quotquot sunt, viam sternit; quin inimo ozaenarum ex praevia coryza vix aliarum, quam earum, quae in scrophulosis locum obtinuerunt recordamur. *Ozaenam* autem sinipli-citer *scrophulosam* nullibi, nisi ad cavitatem narium, et quidem circa apicem nasi, conspe-ximus. Pars ista simul cum aliis, et saepe cum labio superiori tumet, rubet, et splendet, ac tuberculis, et ulcusculis, crustisque deciduis, iterumque recrudescentibus obsidetur. Pruritus sat raro percipitur. Nares saepe obturantur, in-primis decrescente, vel evanescente pro tempore affectione externa. Tunc et oculi non sine periculo fistulae lacrymalis pati solent. Malum, quod describimus, plerumque infantibus utrius-que sexus inter quartum, et septimum annum commune est: tardius illud, nonnisi in feminis, inprimis haud rite menstruatis observavimus. Ibi saepe cum achoribus (6), et tinea capitis ne-xum habet. Interdum, in primis si nares simul pruriunt, vermes intestinales, quorum imperium

(5) P. III. Cap. de scorbuto.

(6) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 10. obs. 43.

in nares neminem latet (7), praesto sunt. Generatim probe inquirendum, num praeter scrophulam nil syphilitici reconditum sit. Ozaena scrophulosa genuina raro carie stipatur, unde, multa adhibita patientia, saltem facilius, quam aliae hujus morbi species, sanatur. Requiritur ad hoc temperatura modica diu noctuque aequalis, aëris siccus, et abstinentia a pertractatione nasi cum digitis. In primis spontaneus crustarum lapsus expectandus, ac naso prorsus nihil applicandum. Omnia enim hic irritant, excepto quandoque lactis cremore, et malvae decocto. E contrario revellere juvat, cui scopo inserviunt illinitio, vel applicatio *unguenti*, aut *emplastri tartari emeticci* ad nucham, purgans ex *calomelide*, et radice *convolvuli jalappae*, maxime autem cauteria ad brachia. Simil diathesis scrophulosa congruo regimine, indicatisque pharmacis, quo usque fieri licet, eradicanda. *Murias calcis*, et *aethiopis antimoniaialis* doses admodum *parvae* reliqua pharmaca antecellunt; superveniente enim ex parva, quae in aethiope antimoniaли continetur, mercurii dose, ptyalismo, omnia in pejus ruunt; quod ex nectu cavitatis oris cum naribus facile intelligitur. Praeterea, quo

(7) BUCHNER diss. de pruriente naso frequente vermium indice. Hal. 1757.

junior aeger, eo magis illi usus internus decocti herbae *violae tricoloris* conduceit.

### §. LIX.

OZAENA ARTHRITICA, VENEREA, CARCINOMATICA,  
PLICOSA, ET LEPROSA.

#### *Ozaena arthritica.*

1. *Coryza*, quae in arthritico negligitur, interdum in *ozaenam* transit, quam *arthriticam* nuncupare nil impedit. Praeterca *herpetem* scroti incaute fugatum, se ad membranam pituitariam narium conjecisse vidimus. Pars affecta pruritu, rubedine, pustulis miliformibus ad labium superius propagatis cum foetore mulcatabatur. Curabatur morbus fonticulis (8) ad crura, decocto solani dulcamarae, balneis sulphuricis; naribus aqua tepida cum lacte attrahebatur. Calculi in narium cavo generati (9) an originis arthriticae?

#### *Ozaena venerea.*

2. Deterrima syphilidis forma *ozaena* est

(8) Quanta sit *fonticulorum* in nonnullis *ozaenae* speciebus virtus, patet jam ex SCULPTETO in armament. chir obs. 57., et ex Eph. an. 3 obs. 214. *Setacea* non minorem habent efficaciam, teste FABR. HILDANO Cent. II. obs. 253.

(9) GAER. CLAUDEI Coll. acad. T. III. p. 609.

*venerea* dicta; quem morbum praeter scriptores de lue speciatim explanarunt HUNDERTMARK (10), et MEYER (11). Frequens illius sedes cavae narium proprie dictae; verum hinc inde sinus quoque frontales, et maxillares infestantur. Generatim ozaena, de qua agitur, lente admodum evolvitur. Aeger in primo morbi iimine nil aliud, nisi naris alterutrius (rarius amborum) obturationem percipit, quam acrem naribus impatienter vel attrahendo vel expellendo, vel latera nasi digito comprimendo vincere satagit. Sensim sensimque dolor nasi aeedit. Quae singula symptomata horis pomeridianis augentur, remittunt mane. Sternutatio nonnullos pro tempore sublevat. Interea nasus nunc totus, nunc ad unum tantum latus volumine augmentatur, ac nares crustis duris variae figuræ, saepe spiralibus repletur, sub quibus haud raro ulcusula fundo lardaceo marginibus rubris elevatis instructa latent. Elapso anno uno alterove, prævio foetore ipsi aegro molesto, aridae eaeterum nares guttas nonnullas iehoris brunnei, vel subnigri male olentis largiuntur. Destillatio ista frequentius post crustarum vel spontaneum, vel vi peractum secundum eontingere solet. Jam

(10) Pr. de ozaena venerea. Lips. 1758.

(11) Commentatio de ozaena venerea casus singularis. Hamb.

vero aeger vehementer ab apparitione festuearum ossium e loeo affeeto secedentium terrefit. Conceditur inde aliquod levamen, at repetito ossium secessu, septum eroditur, radix nasi coneidit, pinnae hiant, ae foetor nunc adstantibus quoque intolerabilis ex horrendo antro quandoque sanguinis profluvium largiente manat. Rebus hue perductis, uvula, palatum, sinus maxillares, et frontales eroduntur, voce ingrata, stridula, nasali reddita, cibo, et potu per nares regurgitato, orbitis, oculisque in consensum tractis. Nares in totum cum ossibus palati, velo pendulo ab ozaena venerea excessas, atque ut unum eum antris maxillaribus specum adspectu horrendo formarent, eos consumtas in viro Bruchsaliae defuncto vidit J. P. FRANK (12). Generatim caries primum ossa tenuia, e. c. conchas, os papyraceum, et dein tantum reliqua duriora aggreditur. De tot tantorumque malorum causa, contagio seilieet syphilitico modo nari bus immediate applicito, modo per ambages illis infenso, non est eur dicamus. Monemus solum, sine aegri hae in re confessione diagnosis arduam esse. Quamvis enim ozaena venerea notas gentilitias habeat, ut morbi lento ingressum, eum praecipiti tamen eariei evolu-

(12) L. c. p. 112.

tionē, foetorem narium, et maxime ichoris brunnei, vel subnigri ex illis destillationem; attamen hacc (nisi ulcera aperte characterem syphiliticum exhibentia circa partem affectam, aut alia syphilitica symptomata simul obveniant) ad diagnosin instituendam non plane sufficere fatemur. Maximaē in primis difficultates premunt, si aliae caussae, e. c. coryza in homine, qui reconditum adhuc luis quondam perpessac, nec plane eradicatae germen secum fert, ozacnam excitant. Ad *prognosin* quod spectat, BOERHAAVIUS sapienter dixit: «Qui praeter id, quod artis potestas habet, promittere non vult, cavabit inania jactare, quando foedum, putrem, rancidum ichorem naribus emungi copiose videt» . . . «Sed, omnia bona sedulo applicans, negligens nihil, varia tentans, semper interim de exitu sollicitus in prognosi prudens ostentores securus ridebit, dum interim miscrescit accigi» (13). Ac sane partibus osseis a carie jam destructis, aliis mollibus inter se concretis (14), bona quidem medela reliquum corpus a lue liberare: ac morbi progressibus obstarē saepe

(13) In praefat. Aphrodisiaci.

(14) Choanae in femina quondam syphilitica deficiebant ob atresiam palati mollis cum pariete postico faucium, v. Otto Seltene Beob. z. Anatomie, Physiol. u. Pathol. gehorig. Breslau 1816

ficebit, at immadicabilis tota vita manebit difformitas solo *naso artificiali* tollenda. Ozanæ venerae cura ex tractati nostri *sýphilidis* (15) palam fiet; interea meminisse juvabit, nullam luis formam plus temporis, et patientiae exposcere, quam ozaenam; unde aegrotantibus ad curam absolvendam non menses nonnulli, sed anni aliquot praesigendi. Cura in ab usu interno *mercurii sublimati corrosivi*, nisi consuetae contraindicationes obstent, inchoamus. Injecto sic morbo freno, jam ad placidiorem methodum nos convertimus, *unguentum* scilicet *mercuriale* ad minimas doses, e. c. a scrupulo semis ad scrupulum unum de die, donec prodroma salivationis comparent, illiniendo; nocet enim hic evidenter tumultaria illa methodus, quam pluri mi suadent, quaque in aliis luis formis non omnino rejicimus. Multi porro interest, ut ad *complicationes* luis cum diathesi scrophulosæ, arthritica, carcinomatæ respiciatur, quæ scilicet diatheses ozaenæ venerae saepius pabulum praebent, atque mercurii virtutem elidunt, nisi hoc pharmacum aliis, iisque congruis remedii, ac praecipue debito vitae regimi jungatur. Cura locali caute incendum, ne partem affectam irritemus. Solutio mercurii

*sublimati decocto malvae juncta* (16), additis in aegris valde sensilibus guttis nonnullis *laudani liquidi Sydenhamii*, naribusque semel bisve de die attracta, nobis plus quam auxilia reliqua praestitit. Quodsi inde irritatio sequeretur, ea illico *solutione acetatis plumbi* temperanda. *Cariei acidum phosphoricum* aqua, aut infuso foliorum *salviae* dilutum, naribusque adiutum cum successu oppœsuimus.

*Ozaena carcinomatica, plicosa et leprosa.*

3. Ulcera cancerosa sicuti ad alia loca, ita ad cavitatem narium contingere queunt (*ozaena carcinomatica*). Evolvitur morbus ut plurimum ex nodulo duro apicem nasi occupante (*scirrho*). Alias praeceditur a pruritu, et a papula rubra nasi, quae tandem in ulcus convertitur cancerosum. Pars affecta evidenter intumescit, ac foedum largitur ichorem. Quod horrendum malum nullibi frequentius, rapidiusque procedens, quam in stirpe plicosa conspeximus. Praeter illud exstat certissime *ozaena* mere *plicosa*. Orditur hic morbus a narium siccitate, angustia, et quandoque anosmia. Accedit nasi tumor, quo crescente, alae nasi ita a se invicem secedunt, ut antra narium duplo majora

(16) E. c. granum unum sublimati in uncia una aquæ destillatae ad uncias sex decocti malvae.

evadant. Haud raro nasus, si dicere licet, in se ipsum retrahitur. Membrana schneideriana plurimis obsidetur ulcusculis in crustas atras desinentibus. Ea erosa, consumuntur cartilagini-nes praesertim septi, cute faciei vicina simul livida facta. Glandulae submaxillares saepe tu-ment, aures tinniunt, caput dolet, ne de reli-quis diatheseos plicosae symptomatibus (17) loquamur. Ozaena plicosa proiecta adspectum carcinomaticum induit. Cavendum vero, ne ulcus narium syphiliticum fortuito in individuo plicoso, ut saepe contingit, obvium cum mera ozaena plicosa confundamus. Hanc autem si prope perpendas, quantam cum *ozaena leprosa* invenies similitudinem ! Constat enim, nares in lepra exsiccati (18), angustari (19), excoriari (20), olfactum imminui (21), nasum ab-

(17) P. II. C. XXXVI. §. CXLIV.

(18) « Nares desiccantur » (HALY ABAS. Theoric. L. VIII. C. 15. de elephantia).

(19) « Et apparet in nase, et fortasse sit opilatio in nase, et privatio olfactus (AVICENNA Lib. Can. IV. Fen III. C. 2. de signis « ) Angustatio narium unde (aegri) videntur loqui cum nase (THEODORICUS in chirurgia. C. 55. de lepra ).

(20) « Item cognoscuntur (leprosi) ex vulnere (ulcere) exi-stente in naribus » (ARNOLD BACHUONE s. DE VILLA NOVA op. de signis leprosorum).

(21) HENSLER v. abendland. Aussatze etc. p. 137.

normem fieri (22), et faciem livescere (23). In ozaena carcinomatrica radices *smilacis sarsaparillae* multum praestitisse feruntur (24). Quoad ozaenam plicosam, et leprosam, ad curam generalem plicae, et lepræ remittere lectores cogimur.

(22) « Nares eis (leprosis) gracilantur, aut maxime ingrosantur, et difficile emitunt flatum per nares » ( LANFRANCUS in arte complet. chir. C. 7. de lepra et indiciis leprosis ).

(23) « Signa (lepræ) infallibilia sunt . . . dilatatio narium exterius, et coarctatio interius cum difficultate anhelitus, et quasi si cum naribus loqueretur, et color faciei lividus ». ( GORDONIUS in Lib. med. P. I. C. 22. de lepra ).

(24) Abb. f. pr. Aerzte. 1. T. 2. H. p. 141.

## CAPUT XIII.

## DE EPISTAXI.

## §. LX.

DEFINITIO. LITERATURA. ANGIOLOGIA NARIUM,

*Definitio.*

1. **C**ruoris ex vasis nasi internis effusio *epistaxis* (25) vocatur.

*Literatura.*

2. COSCHWITZ (26), SEBIZ (27), LUDER (28), SCHENK (29), VOGLER (30), UBBENIUS (31),

(25) *Synonyma.* Rhinorrhagia sanguinea a gr. Ρήνη, nasus. Haemorrhagia. (Veteres enim, quin locum designarent, haemorrhagiae sub nomine illam, quae ex naribus contingit, intelligebant). Gall. *Hémorrhagie, ou saignement du nez.* Germ *Nasenbluten.* Angl. *Bleeding, or haemorrhage from the nose.* Pol. *Krwotok z nosa.*

(26) Diss. de haemorrhagia narium Basil 1616.

(27) Diss. de haemorrhagia narium. Argent 1649.

(28) Diss. de haemorrhagia narium. Altd 1663.

(29) Diss. de haemorrhagia narium Jen. 1668.

(30) Diss. de haemorrhagia narium. Helmst. 1673.

(31) Diss. de haemorrhagia narium. Lugd. Bat. 1676.

WEDEL (32), SARTORIUS (33), LOMBARD (34), WALDSCHMID (35), EYSEL (36), ALBERT (37), HAEN (38), GOEBEL (39), JANTKE (40), PROUST (41), BOEHMER (42), PLUSKEY (43), ACREL (44), ELTZ (45), KLETTEN (46) opuscula quidem non spernenda de epistaxi publici juris reddiderunt; at uni ERNESTO ONOFRIO (47), auctori vix noto

- (32) Diss. aeger haemorrhagia narium laborans. Jen. 1679.; et  
Diss. de haemorrhagia narium. Jen. 1718.
- (33) Diss. de admiranda narium haemorrhagia nuper observata Altd. 1682.
- (34) Diss. de haemorrhagia narium. Marb. 1686.
- (35) Diss. de haemorrhagia narium. Marb. 1686.
- (36) Diss. de haemorrhagia narium. Erf. 1687.
- (37) Diss. veram pathol. haemorrhagiae narium sistens. Hal. 1704.
- (38) Diss. de haemorrhagia narium. Argeut. 1711.
- (39) Diss. de haemorrhagia in genere, et speciatim narium.  
Ultraj. 1717.
- (40) Diss. manductio ad theoriam, et praxis de haemorrhagia narium. Altd. 1751.
- (41) Diss. de haemorrhagia narium in senibus. Hal. 1752.
- (42) Diss. de sanguinis profluvio e nari bus, eo, quod in senibus observatur. Hal. 1774.
- (43) Diss. de haemorrhagia narium. Vien. 1777.
- (44) Diss. de epistaxi. Upsal. 1797. v. RUDOLPHI *Schwedische Annalen*. 1. Heft. p. 195.
- (45) Diss. de haemorrhagia narium. Wittemb. 1798.
- (46) Pr. de haemorrhagia narium in morbis acutis critica, et salutari. Witt. 1809.
- (47) De narium haemorrhagia commentarius. 1779.

(48), absoluta de hoc morbo monographia debetur. Quem auctorem Pater meus in egregio suo capite *de epistaxi* (49), cui vix quidpiam addere licet, secutus est.

*Angiologia narium.*

3. Quemadmodum ONOFRIUS in doctrina epistaxeos ob id, quod in rebus anatomicis admodum versatus erat, excelluerat; sic et nos in limine hujus capitatis suademos, ut angiologia, quatenus hoc spectat, ad memoriam revocetur (50).

(48) Sic eruditissimus PLUCQUET ONOFRIUM silentio praeterriit; v. Repertorium med. pr. et chir. Art. haemorrhagia narium.

(49) Epitome de cur. hom. morbis. Vol. V. P. II. Cfr. ANCZOWICZ Diss. de epistaxi. Viln. 1819.

(50) « Venarum narium historia pene destituimur, dicebat suo tempore HALLERUS » (Elem. physiol. T. V. p. 150.). Ab illis annis egregie supplevit I. G. WALTER in epistola anatomica de venis oculi. Berol. 1778. « Copiosis admodum, ait, nec multum anteriore superficie custoditis, posterius vero cum ossibus, atque cum cartilaginibus fortiter connexis vasis irrigantur (narium antra), quae originem habent ex spheno-palatina arteria cum anteriore, tum posteriore, ex palatina, ex infraorbitali, ex dentali superiore, et posteriore, et quod practicorum magis attentionem meretur, ex arteria ethmoidali cum anteriore, tum posteriore; quae vero in venas correspondentes deplentur, et quidem per venas spheno-palatinas, quae conducunt sanguinem

## §. LXI.

## S Y M P T O M A T A.

*Symptomata prodroma.*

1. Epistaxis haud raro nullo praevio symptome contingit; in multis tamen profluvium istud anuunciatur a vertigine, somnolentia, stupore, pavore sub somno quasi e spectris rubris visis, iisque terribilibus; a rubore, caloreque vel genae, vel auris unius, a dolore capitis, splendore, caligine, lacrymatione oculorum, ab aurium tinnitus, susurru, surditate: ab arteriarum ad tempora, et collum intensiore pulsatione: a plenitudinis, tensionis, siccitatis, caloris, pruritus, titillationis ad nares sensatione: a pulsu pleno, undoso, bis digitum feriente, seu di-

in unum ex ramis profundis *jugularis externae*, et per venas *ethmoidales* anteriorem, et posteriorem, *nasalemque*, quarum sanguis in truncum venae *ophthalmicae*, et ex hoc in sinum cavernosum cerebri ducitur » l. c. Atque hic supervacaneum esse censemus animadvertere, *arterias*. *narium* ex *carotide* cum externa, tum interna oriri; *venasque susceptum* ex istis cruentem parlim *externis jugularibus*, partim vero per conspicuos cerebri sinus *internis* advehere, ex quibus in *subclavias* *venas* utroque colli ex latere confluit.

croto, quandoque in uno tantum brachio *caprizante*: ab alvo, et urina parca, cute sicca: a praecordiis intentis, neque dolentibus: a ventris palpitatione, et ab anxietatibus repentinis.

*Symptomata constitutiva.*

2. Sanguis e naribus nunc guttatum, nunc placido, satis rivulo, utroque in casu per unum plerumque narium foramen stillat. Nunc vero is torrentis instar, non solum per utrumque nasi ostium, sed aliquando per oris antrum praecipitat. Quanta copia id fieri possit, ex observationibus, a nostra experientia pluries confirmatis, AMATI LUSITANI (51), RHODII (52), FABRICII HILDANI (53), BARTHOLINI (54), FORESTI (\*), SCHENKII (55), BLANKARDII (56), BUCHOLOZII (57), aliorumque (58) elucet. Quoad

(51) Cent. II. Cur. 100. (a libris 20 ad 22.).

(52) Cent. I. obs. 90. (librarum 18 spatio 36 horarum).

(53) Cent. I. obs. 16., II. obs. 15. seq., III. obs. 2. 11., V. obs. 72, VI. obs. 77.

(54) Anatom. renov. L. II. C. 6. (librae 48.).

(\*) L. XIII. obs. 10, 14. (12 librarum).

(55) L. I. obs. 188. 36o. L. II. obs. 78.

(56) Collect. med. phys. Cent. VII. N. 27.

(57) TODE med. chir. Bemerk. 2. B. p. 84.

(58) Act. erud. Lips. 1688. p. 205. (75 librarum intra decem dies). Nov. act. nat. cur. Vol. VII. obs. 22. Eph. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 24. an. 2. obs. 223, Dec. II. an. 2. obs. 154. (vepa externa ad nasum aperta) an. 10. obs. 147. Dec. III. an. 2. obs. 132. (per angulos oculorum simul) an. 9, 10. obs. 186.

qualitatem, excepta consistentia minori, majorive, sanguinem per epistaxin largitum semper normalem invenimus. Alii eum frigidiusculum invenerunt (59). Non raro sanguis longum, rubrumque in polypum, qui ex naso super labia pendet, densatur; quo expulso, uberior mox unda sequitur.

## §. LXII.

### C A U S S A E.

#### *Caussae prae dis ponentes.*

I. Ad epistaxin *prae dis ponunt* pueritia (60), in priuis ea, quae alaci ingenii, et corporis textura minus firma, sed sensibili, et florida instruitur: porro sexus masculinus ante puber-

(59) CLAUDERUS in Eph. nat. cur. Dec. II. an. 4. obs. 139. (in femina scorbutica). Pater meus in se ipso, dum an. 1771 Rastadii typho laboraret, sub epistaxi sanguinem fere frigidum fuisse expertus est.

(60) Habentur tamen quaedam epistaxeos et in *teneris infan- tibus* exempla. Sic WEDELIUS illam in pusione 13 hebdomadum (*Abhandl. d. Akad. d. N. F.* 15. B. *Wahrnehm.* 79.) atque POHLIUS in neonatis observavit. (J. P. FRANK *Delectus opusc. med.* Vol. VIII. p. 291.) Tempore, quo scribo, infantem ubera adhuc sugentem, quique eruptio- nem dentium caninorum patitur cum gravi epistaxi coram oculis habeo.

tatis epocham (61), vitium haereditarium (62), scrophula, ignota annua constitutio (63), tempus vernale, in primis si temperatura justo calidior rapide hyemem rigidam sequatur (64).

*Caussae excitantes.*

2. Epistaxis *excitant* quae naribus vim inferunt, contusio, percussio, vulnus, avulsio polyporum (65), et vibrissarum (66), ozaena

(61) Serius enim epistaxis frequentior in feminis, utpote ea saepe menstruorum vices agit. Cfr. NICOLAI *Patholog.* 2. B. p. 364.

(62) FORDYCE de viro quotidiana epistaxis obnoxio narrat, cuius proles simili pacto aegrotabat, filiola inde defuncta. (Abh. f. pr. Aerzte. 2. B. p. 477.). SPÄNGENBERG familiam novit, cuius singula sexus seminei individua narium haemorrhagiae subjiciebantur, nequaquam autem mares. (Ueb. d. Blutflusse in med. Hinsicht. Braunschwe. 1805. p. 196.). Simile exemplum in familia lithuanica, in qua icterus simul viget, mihi obvenit.

(63) MORGAGNI inquit: «Reperi, anno 1200 interitum hominum ingentem fuisse ex fluxu sanguinis e naribus spatio 24 horarum in Etruria, et Romandiola, aliisque in locis». Dé sed et causs. morb. Epist. XIV. N. 25.). Verisimiliter epistaxis ista febris cuiusdam pestilentialis fuit symptoma.

(64) Vilnae scribo.

(65) Vid. HEISTER Inst. chir. P. II. sect. 2. C. 71. N. 10. Epistaxis lethalem post operationem polypi narium a chirurgo SARTORI in nosocomio Vindobonensi absolutam vidi.

(66) Venetus tonsor, cum pilos de naribus resecaret, tanta

(67), ossium nasalium, et cranii fractura, vel illius circa sinum falciformem depresso (68); acria, pulvis herbae nicotianae tabaci rebus suspectis irritantibus commixtus, summi, vapores stimulantes naribus attracti, insecta, et vermes (69), in primis hirudo (70) iisdem advecta,

imperita manu haemorrhagiam excitavit, ut miser periret (HALLER Elem. physiol. L. II. p. 224. L. V. p. 4. A vi-brissis vi evulsis non raro insignem haemorrhagiam se ob-servasse refert BIERLING (Thesaur. theor. pract. p. 34.).

(67) Cap. XII. § LIX.

(68) « Non semper a capitis concussionibus oritur narium haemorrhagia. Hoe pendet a natura locorum, in quibus vulnera, aut fracturae reperiuntur. Sic, cum in vertice, in sincipite, aut in fronte os laesum, intropressum est, vel sursum, vel ad latera ossium bregmatis sanguis per nares evacuabitur; quod ex sinus longitudinalis compres-sione repetit, qui sinus recipit venas narium internas ». ONOFRIO l. c. p. 43. 44.

(69) Eph. N. C. an. 2. obs. 147, an. 1. obs. 99. SCHNEIDER de osse cribroso. p. 440. BARTHOL. Cent. II. Ep 74. TUL-PIUS L. IV. C. 1. P. BORELLUS. Cent. 3. hist 45. HALLERUS Lib. I. de morbis internis. C. 52. FABR. HILDANUS Cent. I. obs. 8. et Cent. V. obs. 1. SCHENK L. I. obs. med. MARC. DONATUS L. IV. de historia med. mirabili.

(70) GALENUS (Op. L. IV. de locis affectis. C. 5.). provocat ad historiam juvenis, « in quo ad narium foramen in eo meatu, ubi nasus ad oris regionem perforatus est, *hiru-dinem latentem conspexit.* »

sternutatio (71), collare, et vestes arctiores, tumores colli, suspiria longa, diurna vociferatio, oratio; clamor, fletus, risus, cantus, tubarum inflatio, cursus velox, nisus quivis, tussis (72), tubercula pulmonum, vitia cordis, aortae, venarum jugularium, et subclaviarum, obstructio, et inflammatio viscerum abdominalium, maxime lienis, et hepatis, ventriculus, et intestina a cibis, et flatibus repleta, ascites, uterus gravidus, imminens menstruorum periodus, illorum, haemorrhoidumque suppressio, potus liquorum fermentatorum, allium (73), pharmaca calefacentia (74), abusus, cinchonae (75), solis radii ardentes (76) in caput nudum, aut pilcis metallicis obtectum agentes, ignis vi-  
cini actio in faciem, refrigerium (77), electri-

(71) MORGAGNI op. c. Epist. XIV. 26 27 28.

(72) Cfr. Cap. de tussi convulsiva. P. II.

(73) Eph. nat cur Dec. III. an. 7. et 8. obs. 103.

(74) Non immerito VOGELIUS methodum BRUNONIS hic accusat  
(*Handb. d. pr. Arzneywiss.* 5. Th. p. 31.).

(75) GESNER's *Entdeck.* in *d. Arzneywiss.* 1. B. p. 75.

(76) SAUVAGES inquit: « Novi adolescentem, qui aestate ob  
insolationem haemorrhagia (narium) correptus demisit se  
in flumen, atque sic haemorrhagiam illico sanavit (Nos.  
method. T. II. p. 286.).

(77) HELWIG obs. med. N. 26. A refrigerio imprimis capitis,  
aestuante corpore, suscepto epistaxis plures vidimus,  
nequaquam vero a diurna unius frigoris actione.

citas galvanica (78), odores pomi (79), rosae (80), pulsatio campanarum (81), animi pathemata, ut verecundia, terror (82), ira (83), vigiliae, et studia protracta, imaginationis vis (84): contagia, potissimum illud typhi (85), morbillorum (86), et variolarum (87), saburrae primarum viarum, vermes (88), bilis (89), et diathesis scorbutica.

(78) OSTHOFF in HORN's *Archiv.* 3. B. p. 266.

(79) BRÜYERINUS de re cibaria L. I. C. 24.

(80) RHODIUS Cent. III. obs. 99.

(81) BLANKARDUS collect. med. phys. Cent. VI. obs. 74.

(82) Eph. nat. eur. Dee. II. an. VI App. p 35. Pater meus cum anno 1768 dilectissimam uxorem in agone haerentem ab amicis coactus dereliquisset, postea vero mox campanam mortis illius nuntium pulsari audisset, sub summo terrore sanguinis per nares, et ex oris cavo profluvium horrendam expertus est.

(83) P. II. LXXXVI. seet. 1. C. XX. §.

(84) Ex adspectu capitis vitulini (v. RHODIUS Cent. I. obs. 89.), ranae (PAULLINI obs. med. phys. 28.). Inter discipulos Patris mei Vindobonae unus erat admodum hypochondriacus, qui se omnes, de quibus in praelectionibus quaestio erat, morbos possidere existimavit Ea die, ubi doctrina de epistaxi tradebatur, sanguis ita e naribus illi fluere incepit, ut aulam derelinquere coactus fuerit.

(85) P. I. XLIX C. IV. §. 3.

(86) P. I. LVII. C. XII. §. 4.

(87) Ib. C. XIV. §. LXV. 2.

(88) Communis in Lithuania epistaxeos causa.

(89) STOLL Rat med. P. III. p. 211.

*Caussa proxima.*

3. Num *arteriae*, num *venae* crux rem in epistaxi fundant, disceptatum est (90). Videtur pro re nata unum, et alterum contingere. Sic caussae traumaticae cum arteriis, tum venis infensae sunt. Potus liquorum fermentatorum, insolatio, cursus velox, aliaque impetum sanguinis excitantia epistaxis *arteriosam* gignere videntur. Nam vero «narium *arteriis* proprium est, ut faillime inter omnes corporis humani arteriolas aperiantur, et sanguinem dimittant, et paullo post abque vitii vestigio conseruant. Quoniam ex trunco arterioso veniat is sanguis, quem nares amittunt, non certus dixerim; ex supremis, et plerumque anterioribus eum descendere probabile fit, adeoque ex arteriae ophthalmicae ramis, et potissimum ex *ethmoidea* anteriore » (91). In alia hujus operis parte (\*) palam fiet, ad profluvium arteriosum excitandum nequaquam requiri, ut vas saueietur, demonstrabiturque, haemorrhagias arteriosas saepe non nisi *secretionis* *morbosae arteriae*, vel *inflammationis*, *inprimis rheumaticae*, et *arthriticae*, vel *spasmo* correptae sistere effectum,

(90) Cfr. REIL. *Fieberlehre*. 3. B. 3. K. §. 30. p. 66.(91) HALLERI *Elem. physiol.* T. I. p. 149, 150.

(\*) Cap. de haemorrhagiis.

quae memorabilis doctrina HALLERO (92), et magna ex parte J. P. FRANK (93) debetur. Epistaxeos originem *venosam* admittimus, dum ipsa vel ex vitio haemorrhoidalium et scorbutico, vel ex obstaeulis redditum crux e capite impedientibus pullulat. Quo pacto id contingat, meridiana luee clarius demonstravit ONOFRIO (94), enjus theoriani sequentibus verbis clarissime exposuit J. P. FRANK (95). « Thoracis certe cava a pulmonibus, quos continent, perfecte replentur. Hujus visceris lobus superior uterque claviculae, per cuius inferiora *subclavia* decurrit, respondet, illique aptatur. Quotiescumque hinc diaphragmatis descensus ab unius hypochondrii tumore impeditur, nec pulmo per aërem susceptum dilatari hic potest, oportet, ut portio hujus visceris superior tunc suppleat, magisque expansa in plenis inspirationibus alternatim in memoratam subclaviam insurgat, eamque nunc comprimat, nunc iterum relaxet. Sed cum *jugulares externae, internae* non minus venae, quam *axillares*, quarum radices sunt

(92) « Ex naribus, nequidem conspicuo poro, arteria aperiatur, et unice crux absque vulnere exsudat ». (l. c. p. 223.).

(93) L. c. p. 132.

(94) L. c. §. 30. p. 38, 39.

(95) L. c. p. 133.

*brachiorum, et scapularum venae in subclaviae* exonerari compertum sit; sequitur, ut in illis, redeunte ad istas compressione, sanguis remoram patiatur, et affluent ex arteriis contiguis crux resista. Hinc brachii lateris affecti arteria, si compressio sublaviae eo tempore contingit, quo haec ipsa est in systole, subsalat, ac venae jugularis rami per genam, nasique cavum hujus lateris dispersi turgent, rubet illa, caletque; in hoc vero pruritus, tensio, ac repetita frequentius, et in horas diesque hac venarum resistentia, sanguis correspondente (96) è nasi foramine stillat, ruitque sincerus. Eadem hinc inde succedunt, ubi ex pure, vel ex aquis thoracis in cavo collectis, vel ex quavis majore

(96) Ait quidem ARETAEUS ( De causs. et sign. acutor. morb. L. II. C. 2. ): « In febris a liene, et jecinore per narrem illam sanguis erumpit, quae ex regione patienti viscerae opponitur ». At contrarium plerumque vidimus. « Narium nempe haemorrhagiā , ait ONOFRIO ( l. c. ), oritur frequenter a pertinaci, et magna lienis obstructione , in qua ut plurimum sanguis e sinistra nare egreditur, nisi hepar quoque obstructione insigni afficiatur. Ubi cumque in obstructo liene sinistra naris sanguinem fundit, sinistri brachii arteria pulsationes habet dicrotas , nempe duo parvi , et remissiores ictus , tertio magno , et vehementi , atque undoso excipiuntur. Ab hepate nimis distracto , aut inflammatione correpto dextrae naris haemorrhagia frequenter accedit ».

obstructione in abdomine pulmo ex uno modo latere dilatari *per vices*, aut *interrupte* impeditur. Compressio subclaviae magis *constans*, ac longior, vel in brachio ex latere affecto arteria, pulsationes vibrantes, vel certum hoc in artu torporem, vel ejusdem, ant externi thoracis oedema inducit ». Et *vasa lymphatica*, earumque glandulas in epistaxi excitanda sibi partem vindicare, non dubitamus. Creberrimae saltem haemorrhagiae narium in scrophulosis obveniunt, quod ex vi, quam glandulae tumidae in propinquas venas exercent, intelligitur. Nullibi compressio hujus generis magis ad epistaxis provocandam contribuit, quam in hominibus, quorum pulmones tuberculis repleti sunt, cuius phaenomeni explicationem jam alibi tradidimus (97). *Rhachitis*, in primis si vertebrae cervicales deformaverit, officium venarum vertebralium perturbando, congestioni cruentis in encephalo anteriora versus ibi viam quaerentis ansam porrigit. Et cerebri, et nervorum in *vasa sanguinea* nasi imperium ab iis, qui pendunt, quid animi pathemata, quid studia, quid imaginatio in epistaxi excitanda valeant, neutiquam in dubium vocabitur.

(97) P. II. C. II. §. X. 9.

## §. LXIII.

## DIAGNOSIS.

*Generatim.*

1. Nec omnis crux, qui ex naribus manat, epistaxis constituit, nec ad epistaxis constitutendam, ut crux ex naribus manet, requiritur. Quandoque enim sanguis ex pulmone, aut ex ventriculo scaturiens per narium ostia, et haud raro sanguis ex vasis narium pullulans per choanas ad os, vel ad ventriculum (98) descendit.

*Divisio.*

2. Divisione generali haemorrhiarum in *activas* et *passivas* haud contenti (99) epistaxis alio plane modo dividimus; scilicet in *traumaticam*, *consensualem*, *inflammatoriam*, *rheumaticam*, *periodicam*, *scorbuticam*, et *nerveam*.

*Epistaxis traumatica.*

3. *Epistaxis traumatica* a violentiis externis, a rebus nares mechanice, et chemice laedentibus ortum dicit. Sciendum, dari homines,

(98) Exemplum lypothimiae ex sanguine a naribus sub somno in ventriculum descendente refert STACK (*Abh. f. pr. Aerzte*. 9. B. p. 34).

(99) Cap. de haemorrhagiis.

que adeo ad epistaxin praedispositi sunt, ut sub minimo licet narium attactu sanguis inde prorumpat.

*Epistaxis consensualis.*

4. *Epistaxis consensualis* cognoscitur, si probe inquiramus, num in aegro haemorrhagiam narium paciente nullum cerebri, colli, pectoris, abdominis, et pelvis vitium, ex quo haemorrhagia illa repeti potest (100), reconditum lateat; vitia enim hujuscemodi needum clare evoluta a medico totam attentionem narium haemorrhagiae, utpote quae maxime in sensus cadit, consecrante, facile praetervidentur. Cum symptomata, quorum ope morbi viscerum reconditi dignoscuntur, hic recensere neque locus sit, neque ordo rerum permittat, meminiisse sufficiat, medicum in arduo hoc diagnoeos opere nil securius ducere, quam *simultaneus respectus aetatis aegri, conditionis pulsu*um, *naris sanguinem manantis*, et *morborum quondam perpessorum*. Quoad aetatem, constat, epistaxin *consensualem* maxime urgeare in *infantibus* ex vitiis cerebri, lienis, nec non ex vermibus, in *juvenibus* ex tuberculosis pulmonum, in *viris, feminisque intra 40, et 50 annum constitutis*, ex vitiis cordis, et

(100) §. LXII. N. 2.

aortae , atque in *senibus* instar infantum ex encephalo. *Pulsus* in epistaxi e vitio cerebri saepe *lentus* , e vitio pulmonis ut plurimum *fre-  
quens* , e vitio viscerum abdominalium quam-  
maxime *dicrotus*. Manare solet sanguis in ce-  
rebri vitiis ex utrisque naribus indistincte , et  
plerumque simul : in vitiis pulmonum ex ultra-  
que nare , at alternatim , et saepius ex nare  
sinistra , utpote pulmoni prae alio saepius a tu-  
berculis obpresso respondente : ex eadem nare  
sat constanter in morbis cordis , et lienis : ex  
dextra in affectionibus hepatis. Inter *morbos*  
*praegressos* maxime cephalaeae , apoplexiae , ca-  
tarrhi , haemoptoseos , febris intermittentis , et  
icteri ratio habenda est.

*Epistaxis inflammatoria.*

5. *Epistaxis inflammatoria* sub febrium in-  
flammatoriarum , rheumaticarum , et exanthema-  
tum benignorum curriculo : porro in juvenibus  
floridis , laute nutritis , item in viris haemor-  
rhoidibus alias obnoxiis , in virginibus , et fe-  
minis menstruis orbatis , caeterumque non ex-  
haustis quammaxime tempore vernali conting-  
re solet. Cruore etiam largo flumine fluente ,  
non solum reliqua symptomata , si quae adsint ,  
non augentur , sed immo evanescunt.

*Epistaxis rheumatica.*

6. *Epistaxis rheumatica* plerumque ut cephalaeae, et coryzae socia obvenit. Observatur constitutione annua morbis rheumaticis generaliter favente, in primis a capitis refrigerio. Non aliena ea est a complicatione *arthritica*.

*Epistaxis gastrica.*

7. *Epistaxis gastrica* in febribus gastricis, et in exanthematis cum complicatione biliosa, aut verminosa occurrit. Ut plurimum paucae hic cruentis guttae e naribus prurientibus stillant, et quidem vix cum levamine.

*Epistaxis periodica.*

8. *Epistaxis periodica* bifaria; est enim ea nunc febris intermittentis symptomata, nunc morbus absque omni febre periodice recurrens. Ibi epistaxis febris intermittentis, vel *evidentis* (1), vel *larvatae* (2) sistit symptomata. In *evidenti* plerumque stadii caloris comes fieri solet (3). Visa tamen est et sub illo frigoris (4). *Febris intermittens larvata epistaxica*, immerito in dubium vocata (5) saepe quid scor-

(1) P. I. Vol. I. C. II. §. 22.

(2) Ib. §. XXIV. 2.

(3) Ib. §. XXII. 3.

(4) ACREL I. c.

(5) SPANGENBERG I. c. p. 221.

butici exhibit (6). *Epistaxis simpliciter periodica* quandoque per plures annos viget (7) plerumque menstruorum nuntia, aut comes est (8), vel vices agit (\*), et vix pro peculiari morbi specie haberri debet (9).

*Epistaxis scorbutica.*

9. *Epistaxis scorbutica* inter omnes maxima. Diagnosis illius eo difficilior, cum haemorrhagia narium saepe primum se se manifestan-

(6) BURSERIUS Inst. §. 176. Cfr. CASIMIR MEDICUS *v. deriod. Krankheiten*, et NICOLAI I. c. T. 6. p. 363.

(7) CAESNYK epistaxis in homine 38 annorum observavit, qui a sedecim jam annis singulis mensibus, prævia lassitudine, per nares mensuram sanguinis integrum, vel etiam duas amisit. Mater hujus viri simili narium haemorrhagia laboraverat a 25 ad 45. annum aetatis, licet menstrua eidem recte fluarent. (*Journ. de méd. T. 22. l'année 1765.* p. 49.).

(8) Exempla innumerabilia mihi nota sunt feminarum diem unum alterumve ante tempus menstruationis, vel sub ipso illius curriculo epistaxi obnoxiarum.

(\*) GACKENHOLZ diss. aegra haemorrhagia narium ex suppressione mensium laborans. Helmst. 1716. NIEZKY Diss. de haemorrhagiae narium ac gingivarum salubritate loco fluxus menstrui casu quodam comprobata. Helmst. 1722. Certe nulla menischesis species epistaxi communior.

(9) Plurima epistaxeos periodicae, praesertim in senibus, exempla mihi obvenerunt, at morbus ex consensu cordis, et hepatis oriebatur.

tis scorbuti signum sit (\*). Interea vix bis terve libris, et ultra cruentis amissis, jam maeulæ, seu ecchymomata ad extremitates plerumque inferiores comparent, morbique indolem patefaciunt. Quamobrem, ne unquam in gravi epistaxi harum partium autopsia negligatur, commendamus. Plurima de eodem argumento in tractatu de *scorbuto*, et de *morbo haemorrhagico . maculoso* WERLHOFFII (10) palam fient.

*Epistaxis nervosa.*

10. *Epistaxis nervosa* in febribus, et exanthemibus indolis typhoideæ commune sistit symptoma (11). Socias ea agnoscere solet et aliarum partium haemorrhagias, quas tamen plerumque jactura sanguinis superat. Praeterea ex nervorum in vasa sanguinea imperio narium haemorrhagiam nasci posse, vis animi pathematum, imaginationis in epistaxi excitanda demonstrat.

(\*) Duæ in epitome Patris mei (l. c. p. 156. sq.) enarratae hujus generis morbi historiae lectu dignæ sunt.

(10) Cap. Proprio.

(11) P. I. C. IV. §. XXXIX. 1. §. XLIII. 4. §. XLVI. 1. §. XLIX. 3. &

## §. LXIV.

## P R O G N O S I S.

*Generatim.*

1. Haemorrhagia narium pro varia indole morborum, quorum *symptoma* sistit, pro vario tempore, quo in conspectum venit, ac pro varia profluvii copia, variam prorsus habet significationem. Haud secus, dum ut *morbus per se* obvenit.

*Epistaxis ut symptoma in acutis.*

2. In *morbis acutis* sanguinis e naribus eruptio pro *bona* habetur, si post coctionis signa oritur (12): si larga est, et aliquandiu continuat (13): si absque majori debilitate contingit: si morbi formae, aegri anteactae vitae, ac victui, et loco affecto consentit. *Critica* dicitur, si omnem morbum tollit. Contraria *mala*, in primis *stillae* *cruoris* timendae; praesagiunt enim, si simul exiguae sint, fatum instans, aut saltem morbi diurnitatem. Generatim epistaxis in febribus typhoideis complicatione inflammatoria

(12) PROSPER ALPIN. de praesagienda vita et morte. L. VI.

2. p. 439.

(13) HIPPO. Epid. I. sect. 2 p. 662.

expertibus, et in exanthematibus malignis, potissimum in morbillis (14) timenda. Enimvero exempla epistaxeos lethalis haud desiderantur (15).

*Epistaxis morbus per se.*

3. E contrario epistaxis *morbus per se*, potissimum si indolis inflammatoriae, plerumque *salutaris est*. Hinc non mirum, illius suppressionem tot tantisque ansam porrigere malis (16). Interea ne epistaxeos salubritatem, praesertim in aetate juvenili, indistincte jactemus (17)! Quamvis enim crux e naribus puerorum modice manans congestionibus, et noxis, quotquot inde proficiscuntur, mirifice prospiciat; attamen ex altera parte constat, quod ii, qui aequo frequentins, et ex caussis exiguis e naso crux profundunt, facillime in epilepsiam, et pneumonorrhagiam incident (18). Epistaxis in

(14) P. I. C. XII.

(15) BAUSCH de lap. haematite. Proem. p. 5. FABR. HILD Cent.

VI. obs. 77. HELWIG obs. 26. HAGENDORN Cent. I. obs. 60.

SCHENK L. I. obs. 368.

(16) P. I. C. VII. §. LXXX. 1. P. II. C. I. §. IX. 2. C. III. § XV. 2. C. XXV. §. CVIII. 2. et P. II. cap. de epilepsia.

(17) KAM diss. de haemorrhagiis narium in junioribus nimiaç noxis. Argent. 1745.

(18) J. P. FRANK Epit. I. c. p. 183. VOGEL I. c. p. 33.

senibus apoplexiā praesagire, cum aliis monuimus (19). Interea latente, vitio cordis, vel alio circuitus sanguinis obstaculo, epistaxis, dummodo larga, levamen pro tempore saltem affert (20). Pro tempore, inquam, nam ocyus serius, saepe repetito profluvio isto, cachexia, et mors expectanda (21). Repentina per epistaxin interitus et nobis visa exempla, scorbuto, et maxime *morbo maculoso haemorrhagico* WRELHOFFII adscribenda sunt.

## §. LXV.

### C U R A.

#### *Generalim.*

1. Prima in curanda epistaxi quaestio ea est, *utrum profluvium cohibendum sit, nec nec.* Epistaxin cohibere non licet, si critica fuerit, si in morbo inflammatorio, aut in alio quocumque modice, et cum levamine compareat, aut si gravioris haemorrhagiae vices agat. Cacterum

(19) P. II. C. IV. §. XXV. 1. Cfr. MORGAGNI op. c. Epist. XXVII. N. 12, 13.

(20) Exemplum debito loeo angoris pectoris longaevitati minime obstantis afferam, quod in primis largae, quae eam comitabatur, epistaxi adscribendum esse reor.

(21) FABR. HILDANUS Cent. II. obs. 18.

epistaxis pro varia sua indole diversam exposcit curam.

*Cura epistaxis inflammatoriae.*

2. *Epistaxis ex fonte inflammatorio scaturientem*, jam jamque limites excedentem regimine antiphlogistico, praesertim temperatura frigidiuscula, obscuritate cubiculi, potu cum succo acidorum vegetabilium, clystere emolliente, et pediluvio aggredimur. Vana enim est spes, posse epistaxis, utpote inflammatoriae indolis, auxilium in se ipsa invenire; nisi forte per auxilium morbus haemorrhagia narum centies pejor intelligatur. Immo, nisi solum, quod indicavimus, regimen sufficiat, sine mora ad *venae sectionem* e saphena deveniendum (22). Paucae enim, quae hic educuntur, cruoris unciae, librarium plurimarum sanguinis e naribus jacturam praepediunt. Interne simul *emulsio nitrata* exhibetur, aut si alvus segniter deponeretur, *decoctum puluae tamarindorum*. Corde, et carotidibus vehementer pulsantibus, infusum saturatum *foliorum digitalis purpureae* commendamus. Exhausto jam aegro, *elixirium acidum Halleri*. Quodsi narium prosluvio eruento retentio *menses* struorum, vel *haemorrhoidum* locum dede-

(22) Lege de hoc argumento Fr. HOFFMANNUM in med. rat. syst. T. IV. P. 2. p. 17, 18.

rit, caussa hujus retentionis abigenda, et interea artificialis haemorrhagia *hirudinum* ope circa perinacum, et anum excitanda.

*Cura epistaxis traumaticae.*

3. *Epistaxis traumatica* ex laesionibus conspicuis narium ad forum chirurgicum spectat. Quae minoris est momenti, aqua frigida nari bus attracta, aliisque auxiliis localibus infra designandis (23) cohabetur.

*Cura epistaxeos consensualis.*

4. Quamvis cura *epistaxeos consensualis* ab illa morbi primarii plane pendeat, itaque hic exponi nequeat; attamen praecepta nonnulla generalia, quatenus ad curam *insultus haemorrhagici* pro tempore spectent, necessario tradenda esse existimamus. Itaque in epistaxi ex *vitio encephali* pullulante, pro varia illius indole, *auxiliis revellentibus* vari generis utimur, e. c. *venae sectione* e saphena, *cucurbitulis*, vel *siccis* (24), vel *scarificantibus* ad

(23) N. 9.

(24) Haemorrhagia narium nullis subsidiis consuetis, nequidem pulveribus, ac turundis naribus immisso, frenari potuit in femina, cui et ex vena secta sanguis jam ad sex libras effluxerat. WINCLERUS his sub angustiis ventosam (cœurbitulam) magnam prius hepatis regioni, alteram nuchæ adhibuit, et confessim fluxus sublatus est. In alia femina haec ipsa methodus profuit, cum sexcenta alia non juyassent. (Eph. N. C. Dec. I. an. 6. obs. 90.).

occiput (25), nucham (26), inter scapulas, circa hypochondria (27): *pediluviiis acribus, sinapismis* ad internam crurum superficiem, *herba urtica* circa penem (28), purgante ex radice *convolvuli jalappae*, et *supertartrate potassae*, aut *calomelano*, ne de applicatione *epithematum frigidorum* vel ad capitis varia loca (29), vel ad partes cum eo consentientes, c. c. ad genitalia (30), utpote de methodo aleac plena (31), et solummodo secundum speciales indicationes adhibenda, dicamus. *Compressionem arteriae carotidis e latere nari*

(25) CAEL. AUREL. p. 403.

(26) Eph. nat. eur. Dec. I. an. 6, 7. obs. 90.

(27) GALENUS de praeognitione ad Posthumum. C. 13.

(28) Haemorrhagiam narium periculosa se sanasse refert HANNEMANNUS eo, quod succi ex urtieis recenter expressi cochlearia tria dederit, et *urticis contusis involverit penem*. (Eph. nat. cur. Dec. II. an. 3. obs. 54. p. 142.).

(29) Universo capiti. (BLOCH med. Bemerk. p. 71.) fronti et naso (PAUL. AEGIN. L. III. C. 24. et FABR. HILDANUS Cent. II. obs. 16.).

(30) DIMERBROECK obs. et eur. N. 62. Eph. nat. eur. Dec. I. an. 6, 7. obs. 55. FABR. HILD. I. e. obs. 15. THEDEN *Unterr. f. Wundarzte*. GESNER I. c. 2. B. p. 234.

(31) Plura funesta exempla applicationis frigoris, praesertim ad *nucham*, exhibent fasti medici, et inter alios Eph. N. C. Dec. I. an. 2. obs. 223. Dec. III. au. 5, et 6. obs. 248.

cruorem fundenti respondentे , sicuti alibi (32), et hic proponimus. Verum caveas , ne vena jugularis compressionis particeps fiat. Fasciae ad manus, et pedes jam dudum commen-datae sunt (33). Ad humores a naribus ad oris cavum revellendos masticatio chartae griseae snadetur (34). Epistaxi *tuberculula pulmonis* pro caussa agnoscente , prosunt crux ad uncias nonnullas detractio c brachio nari affectae respondentе , silentium , quies corporis , emulsio nitrata, fuga acidorum mineralium , et pediluvium tepidum. ad recidivas hic praepedicndas cura primi stadii phthiscos tuberculosae locum habet (35). Scrophularum non solum pulmonis , sed et colli quatenus redditum crux per venas jugulares impediunt, summa ratio habenda. Ad hoc , praeter *muriatem calcis* , quammaxime *digitalis purpureae* foliis favemus , quorum infusum saturatum in *epistaxi ex vitiis cordis* veluti sacram anchoram constituit. Accedit usus

(32) Cap. de phthisi.

(33) Haemorrhagia narium in juvēne varioloso pannis lanceis aceto vini madidis cervici , et fronti impositis non cedebat , donec tandem *fasciae* supra manuum , pedumque juncturas applicitae hanc haemorrhagiam coēreerent. ( BUCHOLTZ nov. act. phys. med. T. IV. obs. 38. p. 176.).

(34) BLANCARD collect. med. phys. Cent. VII. N. 60.

(35) P. II. Cap. de phthisi pulmonali.

*elixiri acidi Halleri*, quod tamen pharmacum nunquam conducit, si affectio cordis originem abdominalem agnoscat, aut saltem cum ea cohaereat. Re enim ita se habente, et in genere in epistaxi originis abdominalis, potius *eccoproticis*, imprimis *tamarindis*, et *salibus mediis*, aliisque *resolventibus* insistendum, atque venter tepide fovendus (36), et *clysteribus* subcalidis evacuandus. STOLL in epistaxi ex bilis stimulo excitata *emeticum* commendavit (37). Vermibus *anthelmintica* opponenda. Recidivis epistaxeos ex viscerum abdominalium obstructi-  
nibus emergentis optime *aquaes minerales sapponaceae*, et *salinae* obstant.

#### *Cura epistaxis rheumaticae.*

5. *Epistaxi rheumaticae*, et *arthriticae* auxilia revellentia, ut balnea pedis acria, sinalpismata internae crurum superficie admota, et in primis *vesicatoria* inter scapulas (38) occur-  
runt. A frigoris applicatione hic plane abstinen-  
dum, et potius transpirationis operi studendum est.

(36) *Gesner I. c.*

(37) *Rat. medendi. P. III. p. 21.*

(38) *Lege de vesicatorii adversus epistaxin efficacia. Banci prax. med. p. 412.*

*Cura epistaxeos periodicae.*

6. *Febre intermittente sub larva epistaxeos* comparente, præmissis praemittendis, auxilium in *cortice cinchonae* quaerendum. Caeterum non ignorandum, epistaxin in febribus intermittentibus saepe *lienis tumoris*, aliquando præpostero corticis usui ortum debenti adscribendum esse. Quo in casu *tinctura rhei aquosa* cum *elixirio vitrioli Mysichtii* nobis multum præstitit, ne dicamus de specifica tumoris lienis medendi ratione (39).

*Cura epistaxeos scorbuticae.*

7. Methodus antiscorbutica in *epistaxi scorbutica* omnino quidem indicatur; at plerumque nimis lente agit, quam ut symptomati tam præcipiti debitum injici possit frenum. Quia de caussa saepe haemorrhagia *auxiliis* mox indicandis *externis* primum cohibenda, et dein sensim sensimque potiora subsidia antiscorbutica in usum ducenda. Inter haec, in primis si febris simul vigeat, *acidum tartari* ad gratum saporem cum aqua, et syrupo *rubi idaei* sese nobis maxime commendavit. Ita *sulphas aluminis*, et *potassae* (40). Absente febre, et viseerum ab-

(39) De liene premagno.

(40) LINDT de aluminis virtute medica. Goett. 1784. Ut or sero lactis aluminoso.

dominalium obstructione et extractum radicis ratanhiae tentari posset (41). Indicantur et acidum phosphoricum (42), sulphuricum, elixir acidum Halleri (43), infusum radicis acori calami cum elixirio vitrioli Mynsichtii, aliaque in therapia scorbuti determinanda. Quod si autem, cohibita epistaxi per auxilia externa, sopor, aut aliud affecti cerebri indicium in conspectum veniret, videndum foret, utrum, concessa quadam libertate epistaxi, gravia illa symptomata mitigentur, nec ne? Si mitigarentur, inter duo mala minus eligendum, et epistaxis non placet sistenda, ne haemorrhagiae encephali locus concedatur (44).

(41) *Die Ratanhiawurzel u. ihre vortreffliche Wirkung gegen passive Blutflusse.* v. HURTADO Uebers. mit. e. Vorrede u. d. Anwend. d. *Plumbago europea* versehen. v. LEBRECHT Mainz 1817. p. 39. *Abhandl. u. Vers.* ub. d. *Ratankia* v. KLEIN. Stuttgard 1819. p. 119.

(42) HERDER in HUFELAND's *Journ.* 9. B. 3. St. p. 175.

(43) R. Infusi florum rosarum rubrarum libram unam. Elixirii acidi Halleri scrupulum unam. Syrupi rubi idem unciam unam. M.

(44) Cfr. *Acta mea clinica.* an. III. VI. p. 40. et LE-Roi (*sur les pertes de sang.* Paris. 1801. p. 83.), qui cum narres sanguinem impetuose fundentes obturaret, paulo majori eum extensione tumorem in facie magnum, et, ut vocant, *metastasis sanguineam* conspergit.

*Cura epistaxeos nerveae.*

8. Nisi symptomata nervosa haemorrhagiam narium comitantia extravasato cruento pulpam nerveam encephali, specus vertebralis, et nervorum specialium laedenti originem debeant (quod vix in alia quam in traumatica, et scorbutica epistaxi expectandum foret), illa symptomata *remediis* sic dictis *antispasmodicis* compescere licet. Sic FR. HOFFMANNUS, ubi spasticae stricturae adsunt in haemorrhagia narium, *opium*, *camphoram*, et *liquorem suum anodynum* commendat. Pulvere *ipecacuanha* cum *opio* praecepit hora somni utimur, si aeger, caeterum apyrecticus, metu haemorrhagiae vigil noctem transigeret. Generatim animi inquietudini in epistaxi *pulverem rubrum antispasmodicum Stahlii*, aut *emulsionem ex seminibus hyoscymami nigri* cum *nitro* opponimus.

*Auxilia mechanica, et localia.*

9. Antequam de *auxiliis mechanicis, et localibus* epistaxeos sermonem instituamus, generatim in omni epistaxi *trunci*, et *capitis erectam positionem*, nec non *quietem*, scilicet, ne loquendo, sternutando, tussiendo, contractando nares pars affecta irritetur, commendamus. Ad cohibendum antem sanguinem e naribus fluentem varia adhiberi solent. Spectant

huc , praeter *glaciem* , *nivem* , *aquam frigidam* aut *solanum* , aut *aceto* , ac *muriate ammoniae* remixtam calvariae , fronti , naso , genisque impositam , saepeque renovandam : attractio , vel injectio in nares *solutionis ichthyocoliae* cum *alcohol* (45) , vel *alcoholis puri* (46). Cum vero quae liquida sub forma in nares inflantur , attrahuntur , injiciuntur , saepe citius , quam agere possint , has deserant ; hinc et fila ex linteis carptis *solutione aluminis* (47) , aut *sulphatis zinci* (48) imbuta , vel *turundae* , quibus pulvis ex aliis similibus albumine ovi susceptis adhaereant , cavo *narium* profundius

(45) *Ichthyocolia* in aqua , et *alcohol soluta* , et *naribus* *injecta epistaxis* sistebat , quam nec *venae sectio* , nec *bovista* , nec *vitriolum* , nec *acetum* , nec *spiritus vini* sistere potuerant (GESNER I. c. 1. B. p. 75. ).

(46) *Hæmorrhagiam* *narium* cum *spiritu vini* *rectificatissimo* op̄c *syringiae* in nares *injecto* persanatae exemplum refert LEDELIUS (Eph. N. C. Dec. I. an. 1. obs. 80.). *Alcohol vini* sensim sensimque *naribus* attractum enormem *epistaxis* compescuit , referente SCHLICHTING (Act. phys. med. Vol. VI. obs. 26. ).

(47) R. *Aluminis* drachmam unam. Solve in aquae fontis unciis tribus. D. S. externe.

(48) CLIFTON WINTRINGHAM affirmat , violentissimam *epistaxis* quam optime sisti , ubi *turunda* , cui *pulvis vitrioli* *albi* inspersus est , tam profunde , quam licet , in nares urgeatur. (Abh. f. pr. Aerzte. 8. B. p. 244. ).

immittendae , ac longo satis tempore , filo , quo  
extrahi possint , munitae , in eodem relinquen-  
dae sunt (49). Ipsa interim turundae in vasa  
narium compressio aliquando hic magis quam  
involvens illas stypticum remedium egisse vi-  
detur ; ac interdum , cum istud molliori tu-  
runda susceptum , nil posset , haec sola , modo  
crassior magisque contorta profluvium suppres-

(49) Docuit SWIETENIUS methodum , fila carpta , aluminis  
solutione madida , filoque constricta ope calami scripto-  
rii , vel specilli recti , in nares trudere , quod fit , dum  
primum horizontaliter pennam versus fauces ducimus per  
nares , dein vero extremitatem ejus elevamus , ut linteum  
sic ad postremas nares ducatur , dum interim filum iisdem  
annexum per narem propendet , ut debito tempore , nec  
citus iterum extrahi queat. Dr. GRIFFITH cum sequente  
pulvere adspergit turundas naribus intrudendas. R. Boli  
armenae , aluminis rup. aa unciam semis : sanguinis dra-  
conis drachmas duas : colcothar vitrioli unciam unam. M.  
f. pulvis ( *Abh. f. pr. Aerzte.* 6. B. p. 624. ). Contra re-  
bellem aliis , vehementissimamque narium haemorrhagiam  
HERTOLDI pulverem sequentem in nares insuflavit cum  
praesentaneo effectu. R. Aluminis crudi , quantum placet ;  
adde laceae pictorum q. s. ad pulverem incarnato colore  
saturandum. Extulit hunc pulverem jam LEDELius ( l. c.  
obs. 24. an. 9. obs. 151. ) , nec ego tales pulveres stypti-  
cos commendaverim ! tum eo , quod ad locum affectum  
difficulter perveniant ; tum quod facile sternutationem in-  
ducant aegrotis periculosam.

sit (50). Profuit interdum intestini suilli partem, quod primum in aëre siccatum, posthinc mafactum, ac uno extremo fili tenuis ope ligatum est, in ipsum, quod sanguinem fundit, foramen narium, specillo duce, demisisse. Hoc facto, inferiori, quod patet, ostio intestini, frigida per sphyncterem injicitur, et haec ipsa

(50) Magni ponderis est observatio VALSALVAE a MORGAGNIO adducta, cujus locum (de sed et caus. morb. Ep. XIV. N. 24. 25. Ep. XXV. N. 6.) integrum legi consulo! Vedit nempe VALSALVA plerumque in dissectionibus, sanguifera vasa intra nares valde turgida circa eam sedem, ubi alae nasi, digito plus minus transverso ab imis naribus cum osse committuntur. Quare in aegroto periculosa narium haemorrhagia affecto vidit, premendo eam sedem immisso digito, continuo sanguinem effluere desivisse sic, ut neque ad fauces ejusdem quidquam deflueret. Atque hoc facili remedii genere semper postea respondente, aeger, qui ipsum didicerat, in usum vocato, intra aliquot tandem menses se ab haemorrhagiæ recursu tunc quidem liberum praestit. Felix haec VALSALVAE curatio, inquit MORGAGNIUS indicat, turundas ad sanguinis fluxum coercendum, in nares immissas, non tam adstringentium, quibus tintae sunt, medicamentorum vi, quam compressione ipsa aliquando prodesse posse, nempe cum sanguis ex vasis exit, aut iisdem, aut iis certe, quac turundis premuntur; vedit enim ipse hic auctor quod varia adstringentia mulieri haemorrhagiam patienti in nares immissa fuerant absque effectu, donec majoribus et ad compressionem aptis turundis nares immitterentur.

superiora narium versus, ut aequali ratione interna compriniat, urgetur» (51). At vero nec ista interdum subsidia cruentem ex narium anfractu, quo turundaē pertingere non queunt, ruentem coërcent. Quodsi tunc narium anterio-  
ra penitus obturentur foramina, sanguis cum impetu majori ad fauces posteriores per narium aditus descendit. Hinc alia a Chirurgis adhibita fuerunt nec a Medico arduis in casibus igno-  
randa subsidia (52). Tubulus enim incurvatus, (per quem chorda ex intestino animali parata, vel filum cera oblinatum ducitur) per naris fo-  
ramen sanguinem fundens truditur, donec ver-  
sus fauces portaverit chordam, aut filum: quae deinde cum instrumento, vel parvo cum for-  
cipe ad fauces arripitur, et ex ore protrahitur. Deinde etiam per alterum narium foramen ea-  
dem operatio suscipitur. His ita praestitis, ex-  
tremo ex naribus super labrum propendenti du-  
plici alligatur plumaceolus, vel linteum carptum  
paullo densius contortum, atque sat magno vo-  
lumine praeditum, ut nempe narium cavum posterius repleat, et aperturam posteriorem claudat, postquam per oris cavum propenden-

(51) BENJAM. BELL. *Kehrbegriff der Wundarzneykunst*. 2. B.  
p. 267. et 3. B. p. 439.

(52) J. P. FRANK Epitome I. c.

tia fila attrahendo, plumaceolos in narcs protraxerimus. Super quodvis foramen narium anterius nunc linteolum quadruplicatum ponitur; et filo ex naribus propendente ligatur, et firmatur. Si perfecte sic claudatur apertura narium, cessat omnis sanguinis fluxus. Tunc vero aegrotus per longam satis temporis moram in ea, quam injunximus, quiete perseveret; nec factum in naribus coagulum quocumque demum modo, donec sponte separetur, removcat.

*Cura suppressionis epistaxeos.*

10. *Suppressum* forsan praepostere ex *naribus profluvium* cruentum pro varia morbi exinde generati natura variam medendi sibi methodum exposcit. Plerumque sanguinem ad nares revocare, fluxumque, in primis si cerebri, oculorum inflammatio successerit, non omissis et aliis auxiliis, per illas restituere juvabit. Callidae aquae vapor per nares attractus, vel nasi levior contrectatio aliquando hoc praestant. Qui nares internas cum errhinis stimulando, aut cum penna serratim incisa, aut cum stylo stramineo (53) fortius intrusis scarificando hunc fluxum revocare contendunt; hi saepe majorem, quam prudenter optarc potuissent, sanguinis jacturam

(53) HOFFMANN de delirii melancholici curat. §. 5. v. Op. Tom. III. p. 258.

inducunt. Hirudines dñæ externis narium foraminibus, quo magis hiant principio, appositaæ, indicationi plerumque satisfaciunt, ac sanguinem pro lubitu arcendi occasionem non tollunt.

*V.* TOSI Revisor Archiepisc.

*V.* TESTA Pr. ac R.<sup>s</sup>

*Imprimatur.*

*V.* BESSONE pro M. Cancellaria.

## INDEX RERUM

QUAE

IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

<b>CAP. I. De ophthalmologia generatim. Doctrinac</b>		
momentum . . . . pag.		5
Ordo rerum. Historia , et literatura .		9
<b>CAP. II. De morbis palpebrarum. Notio . . .</b>		18
Vitia conformatio <i>nis</i> . Inflammatio . . .		19
Divisio . . . . .		20
Blepharitis traumatica . . . . .		ib.
Erysipelacea . . . . .		22
Catarrhalis . . . . .		26
Variolosa . . . . .		32
Impetiginosa . . . . .		34
Hordeolum . . . . .		38
De reliquiis blepharitidis . . . . .		42
Oedema palpebrarum . . . . .		ib.
Emphysema } palpebrarum . . . . .		43
Pruritus . . . . .		
Atonia palpebrarum . . . . .		44
Lapsus palpebrae superioris . . . . .		45
Madarosis . . . . .		46
Tylosis . . . . .		47
Entropium . . . . .		48
Trichiasis . . . . .		49
Distichiasis . . . . .		51
Ancyloblepharon, et symblepharon .		52

Ectropium sarcomatosum, et sarcoma palpebrarum . . . . pag.	54
Chalazion . . . . .	56
Scirrhos, et cancer palpebrarum .	57
<b>CAP. III. De morbis organorum lacrymalium .</b>	<b>59</b>
De argumento generatim . . . . ib.	
Dacryoadenitis . . . . .	60
Dacryocystitis . . . . .	64
Blennorrhoea sacci lacrymalis . .	67
Encaanthis inflammatoria . . . .	69
<b>De inflammationis organorum lacryma-</b> <b>lium reliquiis. Generatiū . . . .</b>	<b>72</b>
Sinus capillaris glandulae lacrymalis	ib.
Scirrhos glandulae lacrymalis . .	73
Fistula sacci lacrymalis . . . .	74
Hydrops sacci lacrymalis . . . .	77
Hernia sacci lacrymalis . . . .	79
Stillicidium lacrymarum . . . .	81
Xerophthalmus . . . . .	83
Encaanthis scirrhosa, et carcinomatosa	84
<b>CAP. IV. De morbis bulbi oculi. Vitia confor-</b> <b>mationis . . . . .</b>	<b>86</b>
Divisio . . . . .	89
Inflamatio orbitae . . . . .	91
Ophthalmia traumatica . . . . .	95
Ophthalmia erysipelacea, et rheumatica	108
Ophthalmia inflammatoria . . . .	112
Ophthalmo-blennorrhoea . . . .	113
Chemosis . . . . .	118
Ophthalmia gastrica . . . . .	136
Arthritica . . . . .	138
Periodica . . . . .	145
Exanthematica . . . . .	147

Ophthalmia Variolosa . . . . .	<i>pag.</i>	147
Morbilllosa . . . . .		148
Scarlatinosa . . . . .		149
Serophulosa . . . . .		151
Venerea . . . . .		157
Iritis syphilitica . . . . .		161
Ophthalmia scorbutica . . . . .		165
Plicosa . . . . .		167
Complicata . . . . .		172
Consensualis . . . . .		174
De reliquiis ophthalmiarum . . . . .		176
Generatim . . . . .		<i>ib.</i>
Foveae corneae . . . . .		177
Obscuratio , et macula corneae . . . . .		<i>ib.</i>
Leucoma . . . . .		178
Cicatrix corneae . . . . .		182
Pannus . . . . .		184
Pterygium . . . . .		185
Hernia corneae . . . . .		188
Defectus pupillae . . . . .		189
Pupillae angustatio . . . . .		191
Pupillae dilatatio . . . . .		192
Synechia anterior . . . . .		194
Iridis prolapsus , et staphyloma . . . . .		195
Staphyloma corneae generatim . . . . .		196
Partiale . . . . .		197
Totale . . . . .		198
Hydrops purulentus oculi , et hypopyon . . . . .		201
Hydrophtalmus . . . . .		204
De oedemate corneae , conjunctivae , et hydatidibus oculi . . . . .		208
Haemophthalmus . . . . .		209
Synechia posterior . . . . .		210

<b>Glaucoma</b>	.	.	.	<i>pag.</i>	211	
<b>Synchysis</b>	:	.	.	.	212	
<b>Hebetudo visus</b>	.	.	.	.	213	
<b>Cirsophthalmia</b>	.	.	.	.	215	
<b>Exophthalmia</b>	:	.	.	.	216	
<b>Tabes oculi</b>	.	?	.	.	221	
<b>Cataracta</b>	.	.	.	.	223	
<b>Definitio. Scriptores</b>	.	.	.	.	<i>ib.</i>	
<b>Divisio</b>	.	.	.	.	225	
<b>Species cataractae verae</b>	.	.	.	.	<i>ib.</i>	
		<b>Spuriae</b>	.	.	229	
<b>Divisio ex consistentia</b>	.	.	.	.	231	
		<b>ex magnitudine</b>	.	.	232	
		<b>ex origine</b>	.	.	233	
		<b>quoad maturitatem</b>	.	.	<i>ib.</i>	
		<b>in simplicem, et complicatam</b>	.	.	<i>ib.</i>	
<b>Caussae</b>	.	.	.	.	236	
<b>Prognosis, et cura</b>	.	.	.	.	238	
<b>Cataractae reliquiae</b>	.	.	.	.	243	
<b>CAP. V. De amaurosi, aliisque visus vitiis</b>	.	.	.	.	244	
		<b>Definitio</b>	.	.	.	<i>ib.</i>
		<b>Literatura</b>	.	.	.	245
		<b>Symptomata. Autopsia cadaverum</b>	.	.	246	
		<b>Caussae</b>	.	.	.	250
		<b>Diagnosis</b>	.	.	.	258
		<b>Complicationes</b>	.	.	.	261
		<b>Divisio</b>	.	.	.	262
		<b>Amaurosis traumatica</b>	.	.	<i>ib.</i>	
		<b>Inflammatoria</b>	.	.	263	
		<b>Rheumatica, et catar-</b>				
		<b>rhalis</b>	.	.	<i>ib.</i>	
		<b>Gastrica</b>	.	.	264	
		<b>Periodica</b>	.	.	265	

Amaurosis Arthritica.	'pag.	266
Nervea . . . . .		267
Transitoria. Sympto- matica . . . . .		269
Prognosis . . . . .		270
Cura . . . . .		272
Amaurosis traumaticae . . . . .		273
Inflammatoriae . . . . .		274
Rhenmaticae . . . . .		276
Gastricæ . . . . .		278
Periodicae - arthriticae		279
Nerveæ . . . . .		280
Symptomaticæ . . . . .		283
De vitiis visus. Generatim . . . . .		<i>ib.</i>
Myopia . . . . .		284
Presbyopia . . . . .		288
Nyctalopia . . . . .		289
Hemeralopia . . . . .		290
Photophobia . . . . .		293
Impotentia colores distinguendi . . . . .		294
Visus nebulosus . . . . .		295
Reticulatus . . . . .		<i>ib.</i>
Obsfuscatus . . . . .		296
Interruptus . . . . .		297
Dimidiatus . . . . .		298
Daplex , polyopia . . . . .		299
Photopsia . . . . .		302
Myodesopia . . . . .		<i>ib.</i>
Strabismus , et luscitas . . . . .		303
CAP. VI. De morbis aurium in genere, et de iis auriculac in specie. Doctrinae status		309
Literatura . . . . .		310
Ordo . . . . .		313

<b>Morbi auriculae . . . . .</b>	<i>pag.</i>	<b>315</b>
Vitia conformatio <i>nis</i> . . . . .	<i>ib.</i>	
<b>Paralysis . . . . .</b>		<b>316</b>
<b>Alia mala . . . . .</b>		<b>317</b>
<b>CAP. VII. De morbis meatus auditorii externi</b>		<b>319</b>
Vitia conformatio <i>nis</i> . . . . .	<i>ib.</i>	
<b>Inflammatio. Traumatica . . . . .</b>		<b>320</b>
Catarrhalis . . . . .		<b>326</b>
Metastatica . . . . .		<b>329</b>
Consensualis. Arthritica		<b>331</b>
Scrophulosa . . . . .		<b>334</b>
Venerea . . . . .		<b>340</b>
Haemorrhagiae e meatu auditorio .		<b>341</b>
<b>CAP. VIII. De morbis membranae, et cavitatis</b>		
tympani, necnon tubae eustachianae . . . . .		<b>343</b>
<b>De morbis membranae tympani . . . . .</b>	<i>ib.</i>	
Vitia conformatio <i>nis</i> . . . . .	<i>ib.</i>	
Inflammatio tympani . . . . .		<b>344</b>
Reliquiae inflammationis tympani		<b>345</b>
Tympani excrescentiae . . . . .	<i>ib.</i>	
Crassitudo . . . . .		<b>346</b>
Tensio. Laxitas . . . . .		<b>347</b>
Prolapsus . . . . .		<b>350</b>
Erosio, ac ruptura . . . . .		<b>351</b>
<b>Morbi cavitatis tympani . . . . .</b>		<b>354</b>
Inflammatio . . . . .		<b>355</b>
Cavitatis tympani obliteratio, vitia ossiculorum, necnon foraminis ovalis, et rotundi . . . . .		<b>356</b>
Hydrops acutus . . . . .		<b>359</b>
Suppuratio, et caries . . . . .		<b>360</b>

Morbi tubae eustachianae . pag.	363
Obliteratio. Caussae	<i>ib.</i>
Inflammatio . . .	365
Diagnosis tubae obliteratae .	<i>ib.</i>
<b>Cap. IX. De morbis labyrinthi, et de vitiis auditus</b>	368
Morbi labyrinthi anat. pathologica	<i>ib.</i>
Surditas ex vitio auris internae .	369
ex mala labyrinthi con-	
formatione . . .	370
ex morbis encephali .	<i>ib.</i>
ex praevia inflammatione	
labyrinthi . . .	371
ex perversa nervi acustici	
sentiendi ratione .	373
Vitia auditus . . . .	382
Tinnitus, susurrus, bombus	383
Auditus acutus . . .	385
Duplex . . .	386
Cura . . . .	<i>ib.</i>
<b>Cap. X. De morbis cavitatum nasalium</b>	389
De morbis narium in genere . .	<i>ib.</i>
Literatura . . . .	390
Ordo rerum. Mala communia .	391
Vitia conformatioonis . .	392
De vitiis olfactus . . . .	395
Olfactus defectus . . .	<i>ib.</i>
Olfactus auctus . . .	397
Perversus . . .	<i>ib.</i>
De sternutatione . . . .	400
Definitio. Scriptores . .	<i>ib.</i>
Species. Sternutatio accidentalis .	401
Symptomatica . .	403
Primaria . .	404

<b>CAP. XI. De coryza.</b>	<b>Definitio.</b>	<b>Literatura</b>	<b>pag.</b>
	<b>Divisio.</b>	<b>Symptomata</b>	409
	<b>Caussae</b>	· · ·	412
	<b>Diagnosis</b>	· · ·	414
	<b>Prognosis</b>	· · ·	416
	<b>Cura</b>	· · · ·	417
<b>CAP. XII. De ozaena,</b>	<b>et blennorrhoea nasi</b>		419
	<b>Literatura</b>	· · · ·	<i>ib.</i>
	<b>Divisio</b>	· · · ·	420
	<b>Ozaena traumatica</b>	· · ·	421
	<b>Catarrhalis</b>	· · ·	423
	<b>Metastatica</b>	· · ·	430
	<b>Scrophulosa</b>	· · ·	432
	<b>Arthritica. Venerea</b>	· ·	434
	<b>Carcinomatica, plicosa, et</b>		
	<b>leprosa</b>	· · ·	439
<b>CAP. XIII. De epistaxi.</b>	<b>Definitio.</b>	<b>Literatura</b>	442
	<b>Angiologia narum</b>	· · ·	444
	<b>Symptomata prodroma</b>	· · ·	445
	<b>Constitutiva</b>	· · ·	446
	<b>Caussae</b>	· · · ·	447
	<b>Diagnosis. Divisio</b>	· · ·	456
	<b>Epistaxis traumatica</b>	· · ·	<i>ib.</i>
	<b>Consensualis</b>	· · ·	457
	<b>Inflammatoria</b>	· · ·	458
	<b>Rheumatica, gastrica,</b>		
	<b>periodica</b>	· · ·	459
	<b>Scorbutica</b>	· · ·	460
	<b>Nervea</b>	· · ·	461
	<b>Prognosis</b>	· · · ·	462
	<b>Cura</b>	· · · ·	464
	<b>Epistaxis inflammatoriae</b>	· · ·	465
	<b>Traumaticae</b>	· · ·	466
	<b>Consensualis</b>	· · ·	<i>ib.</i>

Cura epistaxis rheumaticae	. pag.	469
Periodicae	. . .	470
Scorbuticae	. . .	<i>ib.</i>
Nerveae	. . .	472
Auxilia mechanica, et localia	. .	<i>ib.</i>
Cura suppressionis epistaxis	. .	477

---

